

## Residuum tabulae parallaxum Solis &amp; Lunæ.

Parallaxis Solis media in circulo altitudinis.	Parallaxes Lunæ competentes integris semidiometris terræ in circulo altitudinis ab horizonte.										Scrupula longitudi- nis & la- titudinis.
	52	53	54	55	56	57	58	59	60		
G. M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.	M. S.
60	1 20	33	37	32	58	32	21	31	46	31	11
61	1 18	32	36	31	58	31	22	30	48	30	14
62	1 15	31	34	30	58	30	23	29	49	29	17
63	1 13	30	31	29	57	29	23	28	50	28	19
64	1 10	29	29	28	56	28	23	27	50	27	21
65	1 8	28	26	27	54	27	22	26	50	26	25
66	1 5	27	22	26	51	26	21	25	50	25	23
67	1 3	26	18	25	48	25	19	24	50	24	23
68	1 0	25	13	24	44	24	16	23	49	23	21
69	0 58	24	8	23	40	23	13	22	48	22	21
70	0 55	23	2	22	35	22	10	21	46	21	20
71	0 53	21	56	21	30	21	6	20	43	20	19
72	0 50	20	49	20	25	20	2	19	40	19	18
73	0 47	19	41	19	19	18	58	18	36	18	17
74	0 44	18	32	18	13	17	54	17	32	17	16
75	0 41	17	22	17	6	16	49	16	28	16	15
76	0 38	16	15	15	59	15	43	15	24	15	11
77	0 36	15	8	14	52	14	36	14	19	14	7
78	0 33	14	1	13	45	13	29	13	14	13	2
79	0 30	12	52	12	37	12	23	12	9	11	57
80	0 28	11	43	11	29	11	16	11	4	10	52
81	0 25	10	33	10	21	10	9	9	58	10	58
82	0 22	9	23	9	13	9	2	8	53	8	42
83	0 19	8	13	8	5	7	55	7	48	7	37
84	0 16	7	3	6	57	6	48	6	43	6	32
85	0 13	6	52	5	47	5	40	5	36	5	27
86	0 10	4	42	4	37	4	32	4	29	4	22
87	0 9	3	32	3	28	3	24	3	21	3	17
88	0 6	2	21	2	18	2	16	2	14	2	11
89	0 3	10	9	1	10	1	8	1	7	1	5
90	0 0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0


De discrimine Parallaxium secundum longitudinem & latitudinem in primis respectu Eclipticæ.

Ea fuit parallaxium Solis & Lunæ in circulo verticali enucleandarum ratio, ex data cujusque luminis à tellure distantia. Nunc autem quemadmodum eadem generalissime & compendiosissime in longum & latum secundum eclipticam distribuendæ veniunt, breviter attingam. Licet autem non ignorem quantum operæ in hac re posuerunt Ptolemæus, Copernicus, Reinholdus, Tycho Brahe, & omnium postremo Iohannes Kepplerus: tamen quia data parallaxi in circulo verticali, quæ sæpe per se requiritur, eadem facilitate, sed demonstratione juventuti accommodatiore, ad ejusdem discretionem pervenire possumus, nos potius cum Copernico ad duo hac in re respicimus, præsertim prius conquirenda, scilicet altitudinem phænomeni, & angulum, qui inter verticalem atque eclipticam vel circulum quemque longitudinis intercedit. Hoc namque solo habito, & cognita parallaxi in circulo verticali, nullo pene negotio distributio ejus per longum latumque fuscipitur, ut infra ostendetur. Prius itaque quemadmodum idem angulus in quavis revolutione ad propositum invenitur, demonstrandum est.

*Lib. Revol.c.*

Vide 6 pro-  
blem. lib. 2.  
Sphericor.

Per conver-  
tionem problema-  
tis primi c. 5. lib.  
2. Spher.



Sit in præsenti figuratione A vertex loci, D B C circulus aliquis longitudinis, ut ecliptica vel orbita lunæ; E F H horizon. descendant autem arcus verticales tres; A C H nonagesimi gradus, ubi nulla longitudinis parallaxis datur; A B F meridianus; Et A D E circulus verticalis, in quo phænomenon heic pro exemplo hæreat. cujus parallaxis in circulo verticali sit D K, latitudinis ergo est K L, & longitudinis D L. in triangulo itaque A B D pro inventione anguli A D B, ut *διδούεται* sufficientia aedesque queant, quocirca data è sphærica doctrina declinatione phænomeni, item elevatione poli loci supposita, facile & A B distan-  
tia ipsius à vertice sub meridiano, & A D comple-  
mentum altitudinis ex eadem doctrina invenientur;

tertium vero latus B D ipsa remotio sideris à meridiano subministrat. Præ-  
sente namque ascensione recta M C, quæ omni tempore proposito datur, una  
cum gradu eclipticæ cælum mediante, latus idem B D sponte ex hoc atque  
phænomeni situ sub ecliptica emergit: quare in triangulo sphærico datorum  
laterum, datur angulus ad D quæsusitus.

Per probl. 6.  
lib. 2. Spher.  
exp. 10.

Hoc autem paulo generalius de luna etiam latitudinem habente nunc demon-  
stratum est: si vero ipsa sensibili latitudine ferme caret, ut in eclipsibus luna-  
ribus contingit, tum præstat angulum, quem facit meridianus cum ecliptica,  
ex tabula primi mobilis huc adducere, & postea declinationem gradus culmi-  
nantis rite applicare; denique arcum à dicto culminante puncto eclipticæ ad  
luminarium situm numerare; sic proveniunt duo latera A B & B D cum an-  
gulo A B D. unde per resolutionem trianguli A B D, & latus A D comple-  
mentum altitudinis luminarium, & angulus ad D innotescunt. quin dato  
quoque eodem angulo intersectionis meridiani cum ecliptica & latere B A, da-  
tur confestim in orthogonio A B C (angulo recto ad C existente) latus A C  
complementum altitudinis nonagesimi gradus. unde in altero orthogonio A  
C D, quia *διδούεται* sunt basis A D, nempe complementum altitudinis, item A  
C, & angulus ad C rectus; ergo datur angulus quæsusitus C D A.

*Exem-*

## Exemplum.

## De luna latitudinem habente.

Gr. Mi.

Anno 1608 die 12 Feb. h. 8, min. 43, Hafniæ fuit verus locus

	○ in x	3	43
Affensio recta ejusdem	335	39	
Ergo resolutis horis ac scrup. provenit ascensio recta M. C.	106	24	
Cujus punctum culminans in ecliptica est	15	8	5
Sed verus locus lunæ secundum longitudinem erat	4	44	II
Differentia itaque est latus B D	40	24	
Porro declinatio loci culminantis seu M. C. est	22	40	B
Nodi autem Ω respectu, qui fuit in	23	40	Ω
Subtrahuntur declinationi M. C.	3	14	
Ergo vera declinatio orbitæ lunæ in M. C.	19	26	B
Quæ quando subducitur ab elevatione poli Hafniensis	55	43	
Relinquit latus B A	36	17	
Latus quoque complementi altitudinis lunæ A D est	50	15	
Ergo in triangulo præmisso A D B quia omnia			
tria latera dantur, provenit angulus quæsitus A D B	50	10	

Atque hæc omnia, ut & angulum quæsitus, in solis gradibus & scrupulis primis transfigisse sufficiet: nihil enim extrema præcisio ad distributionem parallaxeos variandam importat.

Invento autem angulo A D B seu L D K, qui semper latitudinis parallaxi opponitur, nempe L K, erit complementum ipsius angulus L K D, & quidem in hoc exemplo 39 gr. 50 min. qui parallaxi longitudinis L D similitet opponitur, siquidem in tam parvo triangulo D L K, quoniam insensibilis est differentia inter latera quæ heic sphærica sunt, & rectilinea (id quod recte quoque Copernicus admonuit, & nos experientia in trianguli hujus solutione docuit) proinde dato uno angulo, præter illum ad L semper rectum, datur quoq; angulus tertius; & quando latus angulo recto oppositum, quo parallaxis in circulo verticali comprehenditur, æstimatur pro uno gradu seu 60 min. ad hanc quoq; normam scrupula proportionalia reliquis angulis in præcedente tabula parallaxium adjecimus ultimam columnam occupantia ex datis scilicet finibus rectis reliquorum angulorum, in ea proportione qua 60 min. radio seu toti finui convenient.

Quum itaque latitudinis parallaxin habere desideres, scrupula proportionalia quæ angulo A D B seu ejus opposito L D K convenient, excerpte. Quando vero longitudinis, cum illius complemento, nempe angulo ad K, tabulam ingressus scrupula proportionalia exquirito, & singulis in parallaxin altitudinis ductis, ex illis latitudinis, ex his vero longitudinis parallaxes emergunt, ut in præsenti exemplo.

	Gr.	Mi.	Mi.	Sec.
Angulo { Latitud.	50	10 { Competunt scrupula proportion.	{ 46	5
Longitud.	39	50	38	26

Quoniam autem parallaxis altitudinis lunæ in hoc exemplo prius inventa fuit 48 min. 7 sec. ideo è scrupulorum proportionalium in eandem multiplicatione provenit latitudinis parallaxis 36 min. 57 sec. longitudinis vero 30 minut. 49 sec. Quæ omnia in hac observatione, ut & reliquis, restitutio*n* hypotheseos

Lunaris apprime convenient. Hac præscripta via parallaxes discernendi rectissime utendum video, quoties Luna latitudinem satis sensibilem habuerit. In eclipsibus autem aliam infra monstrabimus.

## D E R E F R A C T I O N I B V S S I D E- rum cum suis tabulis.

*Lib. 2. Sphæ.  
cap. 11.*

Priori obstaculo, quod sese observationibus ob parallaxum implicationem immiscet, ad suas causas atque discretionem revocato & expedito; alterum subsequitur novum plane & ante Tychonem nondum inter observationes repertum, quod quidem à refractionibus fiderum exsurgit, hæ autem à vaporibus terrestribus, maxime juxta finitorem condensatis; ubi propterea maximæ deprehenduntur; velut id quoque generaliter in sphæra nostra demonstratum est.

*Legatur lib. 1.  
Prog. T. B.  
pag. 91. &  
seqq. de refra-  
ctionibus.*

Verum enimvero quemadmodum parallaxum doctrina pulcerrimam contemplationem habet, adeo, ut dato, præter semidiametrum terræ, aut diaestmate phænomeni à terra, aut angulo diversitatis à motu ejus vero, alterum geometrica certitudine acquiratur: sic refractionum tractatus nullas hactenus ob aeris diversam admodum in diversis locis constitutionem, certas demonstrationes generat, ut ratio geometrica cum experientia conjuncta ubique efflagitat. Nos itaque potius heic experientia nitimur, & refractiones, prout Vraniburgi inventæ sunt, atque in tabulas passim per primum librum progymnasmatum congettæ, retinebimus, opticis & aliis penitiorem disquisitionem, si quam præter sphæricæ doctrinæ insertam cognoscere maluerint, haud invito relinquentes. Ipsarum itaque tabularis synopsis in Sole, Luna & stellis fixis sequitur, quantum scilicet heic penes circulum altitudinis sese insinuant,

Atque

Atque hæ refractiones seorsim competunt soli, lunæ, ac stellis in circulo verticali hemisphærii nostri, quæ quanquam fortassis exiguam quantitatem pro aeris inæquilitate circa ortum occasumve, item diversis anni temporibus variare possint: tamen quod apud nos non satis est in his ab experientia comprobatum, libenter in re tam anticipi deserimus, atque hoc loco saltim admonemus, quandoquidem phænomena pro apparentiæ suæ magnitudine quasi proportionaliter in refractionum incremento atque duratione persistant; idcirco refractionibus planetarum aliquid super eas, quæ fixis heic destinantur, esse addendum, in primis autem Veneris, ob facem ipsius inter reliquos quinque planetas illustriorem. Cæterum quantum singulis debetur, æstimationi prudentium Astronomorum, eorum scilicet, quibus observationes cœlestes curæ sunt, relinquimus.

Tabula refractionum in circulo altitud. sub elevat. poli 56.

G. ab hor.	Solis		Lunæ	Stellar.
	M.	S.	M.	S.
0	34	0	33	0
1	26	0	25	0
2	20	0	20	0
3	17	0	17	0
4	15	30	15	20
5	14	13	14	20
6	13	30	13	50
7	12	45	12	45
8	11	15	12	0
9	10	30	11	20
10	10	0	10	45
11	9	30	10	10
12	9	0	9	35
13	8	30	9	0
14	8	0	8	30
15	7	30	8	0
16	7	0	7	30
17	6	30	7	0
18	5	45	6	30
19	5	0	6	0
20	4	30	5	30
21	4	0	5	0
22	3	30	4	35
23	3	10	4	10
24	2	50	3	45
25	2	30	3	20
26	2	15	3	0
27	2	0	2	40
28	1	45	2	20
29	1	35	2	0
30	1	25	1	45
31	1	15	1	30
32	1	5	1	20
33	0	55	1	10
34	0	45	1	0
35	0	35	0	50
36	0	30	0	45
37	0	25	0	40
38	0	20	0	35
39	0	15	0	30
40	0	10	0	25
41	0	9	0	20
42	0	8	0	15
43	0	7	0	10
44	0	6	0	5
45	0	5	0	0

Vide superius  
in commentario  
solis refractionis  
quam Veneri attribui-  
mus à sole ob-  
servatae.

## CAPVT IX.

De integra doctrina eclipsium Solis &amp; Lunæ.

Præfatio, in qua eclipsium utilitas & antiquitas, necnon earum generalis descriptio & demonstratio.

**N**isi causas heic, ut & alibi, in motibus, magnitudinibus, luminis denique & obscuritatis natura, trium mundanorum corporum maxime ad invicem affectorum, nempe Solis, Lunæ atque telluris persequi propositi nostri unice arbitramur, unde luminarium deliquia cum suis quantitatibus certis temporibus coelitus necessario secundum naturæ cursum contingunt; certe Plinii, Plutarchi & aliorum philosophorum commentationibus eclipticam hanc doctrinam mox in ipso vestibulo insigniter locupletaremus. Ad hosce itaque legendum, astrophilos ablegamus, pro causis saepe admirationes vulgi & ineptias veterum sophistarum percepturos. Hi enim quum absque Astronomiæ cognitione, qua carere philosophum minime decet, philosophari non erubuerint, factum est, quod ratione sua non satis experientia suffulta, ad inepta & ementita causarum figura pluriū sint delapsi. Has solide, ut speramus, nobis demonstraturis finis seu utilitas hujus doctrinæ primo omnium occurrit, quæ non solum cæterarum causarum in hac re contemplatio est, & infallibilis Astronomiæ atque motus luminarium superius à nobis verificati certitudo, adeo ut in sensum vulgi incurrat; sed etiam temporum in annalibus certificatio, quibus verificandis deliquia Solis & Lunæ velut notissima documenta à chronologis adhiberi solent rectissime. Super omnia autem insigne illud commōdum restitutæ eclipsium doctrinæ accedit, quod hinc potissimum tabulæ geographicæ circa longitudines locorum terrestrium limentur & redintegrantur: ut nihil de præscio & maxime momentoso ab eclipsibus significatu, secundum Astrologos, in annonis, politiis & cæteris mundi inferioris conditionibus, heic attingam. Quum autem omni seculo à primæva mundi origine annuatim, & quidem numero fere pari (ut infra corollarii loco ostensurus sum) defectus in luminaribus contigerint, mirari certe merito possumus, cur tandem mox post Olympiada sesquiteriam elapsam, & ante partum Romuli atque Remi, id est annis post mundi exordium 3198, primum omnium scriptis historicorum celebrari coeperint, neque adeo frequenter; aut causas ipsorum ante priscos Babylonios in Syria, aut etiam Thaletem Milesium in Græcia reddi; quandoquidem in siderali scientia, omnium, ut refert Iosephus, vetustissima, deliquerum apparentiæ & sunt & fuerunt notissimæ: equidem primis illis temporibus præter professorum raritatem, etiam vetustatis utilissima hæc monumenta, nobis vel ipsam invidisse vetustatem, vel deploratissimum incendium augustissimæ Alexandrinæ bibliothecæ surripuisse arbitror. Credibile enim est, præter pauca inibi, quæ à Ptolemaeo ex Astronomorum antecessorum observatis pro suo usu describi possent, plurima & antiquissima foede conflagrassæ. Vt est, etiam serotina hæc mundi ætate harum rerum magnitudo & dignitas me in exclamationem Plinianam merito incitat: *Macti ingenio este cœli interpres, rerumque naturæ capaces, argumenti repertores, quo Deos hominesque viciisti. Quis enim hac cernens, & statos siderum (quoniam ita placuit appellare) labores, non sue necessitati mortalis genitus ignoscet?* haec tenus Plinius.

F. Iosephus  
antig. Iudaic.  
lib. i. c. 3.

Plin. lib. 2.  
cap. 12.

Lib. 2. c. 10.

Vide sub finem  
libri hujus.

Summa autem eorum quæ in hac doctrina proponi debent, quæque deinceps cum suis anomalias à nobis sunt demonstranda, etiam in Pliniano textu paucis his verbis apparet: *Manifestum est, Solem interventu Lunæ occultari, Lunamque terræ obiectu, ac vices reddi, eosdem Solis radios Lunam interpositu suo auferente terra, terraque Lune.*

Ex his paucis constat quæ causa fuerit obscurationis tam solis, quam lunæ, solis nempe, quoties ex motu lege luna inter solem & obtutum nostrum fese ingerat.

Quando-

Quandoquidem lux, quæ in lunari corpore, alias opaco & lucis experie, sed recipiendis radiis solaribus instar speculi idoneo, conspicitur, tota à sole defluat, & ita quidem, ut dimidia circiter pars lunæ semper radiis hujus illustretur, quod facile in variis aspectibus ipsius cum eodem deprehenditur, contingit, quod in visibili conjunctione luminarium sub ecliptica luna solem inferne subiens, & terræ faciem suam opacam obversans, tantum aspectui nostro de sole adimat, quantum visibilis magnitudo ejus in recta linea visuali permittit. Porro lunæ defectus ideo terræ objectu, (ut Plinius loquitur) contingit, quod in vera quoque oppositione luminarium, luna in umbram telluris à sole in aversam partem projectam, & in turbinis seu coni figuram formatam incurrat. Nam quum tota sphæra coelestis radiis solaribus semper collustretur, præter spatiū illud, quo umbra terræ se porrigit, & talis umbra sui expansione atque longitudine à tellure lunæ regionem longe superet, licet ad reliqua sidera non pertingat: proinde lunam punctum oppositi solis sub ecliptica obtinentem, dictam umbram transferre, & ideo radiis solaribus atque lumine, quo inde fruitur, tantisper orbari necesse est. Vices itaque reddi scite Plinius arguit, dum eosdem solis radios heic terra lunæ, quos ante luna interpositu suo terræ abstulit, quando scilicet sol, qui per se nihil tale patitur, ob eundem mortalibus occultatur.


De causa eclipsium sic constat: nunc ratio reddenda videtur, cur non singulis noviluniis in sole, ut neque in luna singulis pleniluniis obscurations illæ contingant. Item cur quædam particulares, quædam earum magis universales, in luna autem totales, & quidem interdum cum mora longiore, unde lunares quam solares in iisdem regionibus saepius fiant. Deinque quod hæc in iisdem hemisphaerii omnibus se æqualiter aut eodem instanti conspiciendas præbeant, quum solares rarae atque vagæ, non æqualiter aut eodem instanti observatoribus in facie terræ longe diffitis ingruant. Ad hæc cognoscenda, primo ac in primis facit cognitione deflexionis orbitæ lunaris ab ecliptica antea indoctrina de latitudine lunæ generaliter expositæ. Quum enim rarius juxta binas intersectiones viæ lunæ cum ecliptica, quas nodos appellamus, seu vulgo caput & caudam Draconis, hujusmodi directæ luminarium syzygiæ contingant, easdem igitur revolutionum interpolatas conditiones eclipses lequi necessum est. Amplius ex eodem fonte, & particularium & universalium obscurationum notitia hauritur. Quo enim tales syzygiæ seu synodi luminarium proprius nodis celebrari conspiciuntur, eo majores atque universiores defectus fiunt, ob copulam visibilem nodis vicinorem; & consequenter particulares, quo dictæ syzygiæ visibles à nodis fuerint remotiores, adeo ut si quantitas semidiametrorum visibilium solis à lunæ latitudine apparente in solis deliquio, aut umbræ ac lunæ à vera latitudine lunæ, in hujus defectu superata fuerit, nulla utrinque obscuratio exspectari possit. Facit insuper crassior magnitudo umbræ telluris in transitu lunæ, quod deliquia ipsius lunæ frequentiora appareant. In sole autem & rariora in iisdem telluris tractibus, & vaga magis, tum ob minorem ipsius apparentiam, tum parallaxum, de quibus in sphæricis item supra traditum est, & deinceps quoque ulterius tradetur, implicationem. His enim luna propter minorem à tellure distantiam magis quam aliud sidus obnoxia est. Cæterum ut hæc omnia pro tyronibus, quibus ea relinquimus, clariora fiant, demonstrationibus sequentibus sunt illustranda.

### Hypotyposis eclipsium solis & lunæ.

Ergo in sequenti diagram. quod generalem contemplationem præcedentium exhibet, ab A centro telluris, præter ipsius superficiem, duo circuli scribantur, quorum prior eclipticæ seu viæ solis perpetuo in eodem plano subjectus intelligitur, alter IG orbitam lunæ repræsentans, in latit. utrimque ab ecliptica refle-

*Lib. 2. Sphær.  
cap. 10. item c.  
præc. lib. hujus.*

xam.



xam. In binis vero locis ubi circuli sese intersecant, nempe D est  $\wedge$ ; & C  $\vee$ , ut prius de latitudine lunæ expositum est. Ut autem in hoc uno schemate cerni possit, quando eclipses in utroque luminari contingant, & quando minime, ponatur primum solis centrum E, & ductis lineis orbem telluris tangentibus NQ & PQ, manifestum est eas in Q puncto concurrere ac desinere, & umbram à terra projectam in coni seu pyramidis rotundæ formam hucusque produci. proinde quando luna suo cursu, qui solis & umbræ tridecuplo quasi est celerior, dictam umbram penes C nodum in plenilunio pertranseat, ideo, ut cernere est, lumen amittit, quod defluxum radiorum solarium pro eadem collustranda, terra suo objecto impeditat. & quoniam umbra pyramidalis longe crassior seu amplior est in transitu lunæ, quam lunaris diameter, ergo cum media obscuratio in nodum inciderit, non solum totalem lunæ eclipsin, sed eandem etiam cum mora fieri necesse est, tantisper scilicet, donec se eadem luna beneficio celerioris sui motus inde expediverit. quin etiam hinc quoque sequitur; quod quo proprius plenilunium nodis fuerit, intra terminos eclipticos, eo majus lunam deliquiū pati necesse sit, ac illud paulatim tandem diminui, donec latitudo limbi lunæ, umbrae telluris obversi, supra magnitudinem semidiametri hujus excreverit. in toto enim reliquo tractu, ut in G &c. nullum plenilunium eclipticum sentitur, flectente scilicet orbe lunæ in tantum ab ecliptica, ut semidiameter umbræ, quæ cono suo semper hanc respicit, lunam nequicquam pertingat.

Porro quia projectio umbræ centrum telluris A pro suo meditullio respiciat; quocirca heic utriusque veri luminis cursus, non autem visi ratio habenda est, ille siquidem centrum terræ unice respicit, hic superficiem & locum observantis duntaxat.

Hactenus de lunæ eclipsi; solis sequitur, cuius causam supra objectum lunæ fuisse, ex Plinio definitivus; ergo non nisi in apparente novilunio medium talis deliquii contingit, apparenti dico, nam heic non ē centro telluris, ut prius, sed superficie potius conjunctionem luminarium eclipticam metimus. Vnde evenit  
quod


quod veram, quæ à centro illius conspiceretur, visa seu apparenſa ſaþe aut anteverat, aut ab illa antevertatur. hujus typum in præmissa quoque figura dedimus circa nodum ascendentem, ubi corpus lunare D è centro telluris A ſoli quidem ita opponitur, ut hic totus occultari hinc inde obſervanti revera intelligatur, hoc eſt ſpatium ipſius intra P & N in ſolari diametro, quæ obſcuratio ad ſuperficiem terræ B relata definitur, ut appetat in ſolis fere ſemidiāmetro M N, actis à B lineis BM & BH corpus lunare ſimiliter tangentibus. quum tamen ii qui ſolem in vertice poſſideant, eundem quem antea à centro terræ di- ximus, defectum ſolis plenum perſentificant; proinde aliis atque aliis terræ locis varie propter parallaxin lunarem, qua ſolis vincit, novilunii defectiones, quæ penes ſolem conſpiciuntur, & accidunt, & temporis quoque diverſo instanti ingruunt. Et quanquam ob minorem lunæ quam umbræ telluris diametrum non tam frequenter in uno terræ loco hæ ſolis obſcurations fiant: tamen dictas parallaxes quibus lunaris apparentia diversimode distrahitur aliis atque aliis terræ incolis ita eadem diſtribuit, ut numerum lunarium facile ſupereret, velut in fine hujuſ doctrinæ coronidis loco demonſtratum dabimus. Solaria itaque deliquia, ſaltem in novilunio apparenṭe, & utrimque quoque penes utrumque nodorum contingunt, magnitudine & formaea quam ratio ſemidiāmetrorum luminarium, & apparenſa lunæ latitudo poſtulat; quapropter extra hos terminos ut in G &c. luna exſiftens, ſolem eclipsandum nunquam ſubit. Præterea autem duratio eclipsium, ut & quantitas in particularibus deliquiis tam lunæ quam ſolis, item qua parte hæc fiant ex motu atque latitudinis lunæ affectione tota æſtimanda de- pendet. Atque hæc prima & generalis eclipsium hypotyposis eſt. Sequitur prima & ſimplex variatio, quæ tum in luna tum in ſole contingit.

### De variatione simplici magnitudinis ſeu quantitatis eclipsium.

Corpora cœleſtia, ut & ipſa terra, etiamsi ſphærica ſint, tamen in juſta re- motione oculis noſtriſ plana percipiuntur, adeo ut non ſuperficie tenus, ſed quan- titate duntaxat menſurari poſſint diameſtrali. Quam quidem aspectabilem iſorum formam optica ratio in linearum visualium pene æqualitate ob remo- tiorem eorundem diſtantia nobis ſuggerit. Quin etiam ex eadem cognoscimus, quod eadem corpora magnitudinem ſuam viſibilem pro diuersa diſtantia ab oculis obſervantium ita varient, ut remotiora minora, propinquiora autem ma- jora iſipsis appareant. Denique quæ luce ſua umbram ex opacis minoribus in op- poſitum dejiciunt, hæc quoque eandem ad ſuam inæqualem diſtantiam, inæ- qualem producere; adeo ut in remotione majore illa ſenſim à radice augea- tur: in minore autem minuatur, & plurimum egressu decurſetur, radiorum luce margines umbræ magis magisque uſque ad extremam immissionem lambente. Hæc quidem conſideratio cenſuræ magnitudinis deliquiorum in primis accom- modanda eſt, & Astrophilis ſequente diagrammate exponenda.

In eclipsi tam lunari quam ſolari poſito (ut in ſequ. figura,) A centro telluris, deſcribatur ſuper ſemidiāmetro A R integer globus terreftris. Poſtea juxta theorias luminarium præmiſſas, prium duobus in locis, maxime in fo- telluris reſpectu ab invicem diſtantibus, nempe apogæo B, & perigæo C cor- pus ſolare tanquam hiſce centris repræſentetur. ſimiliter quoque in binis locis lunares remotions utrinque à terræ centro æquidistantes ſupponantur, ſurſum quidem in novilunio juxta apogæum M & perigæum L: inſra vero in plenilu- nio penes apogæum lunæ K & perigæum H. ducantur nunc lineæ rectæ pri- muſ ex ultimis terminis diameſtri ſolis, quippe ſub apogæo ſublimioris D & E, quæ tangunt telluris globum circa R & Q, deſinentes propterea in mucro-

Vide etiam  
eiusmodi A-  
ſtronomica.



nem P. porro eodem modo quum ducuntur lineæ reætæ ab extremis diametris solis humilimi, nempe in perigæo existentis, lineæ in quam F R, G Q: hæ similiter terram tangentæ in N desinunt, imparem heic coni umbræ productionem arguentes distantia P N, & præterea vestigia circa marginem utramque umbræ relinquentes, unde illa diminui intelligitur, quoties sol versus terram proprius descendat, & vice versa. major enim ipsius apparentia atque præsentia umbram, ut in aliis fit, coarctat. similiter luna in apogæo minorem angulum visionis sub ecliptica utrobique ingerit, quam sub perigæo, velut in hac eadē adjecta figura cerni possit in corpore lunari, umbræ in K apogæo & H perigæo immerso. ex his autem generaliter sic adumbratis sequitur illa, quam postea adhibituri sumus, semidiametrorum solis, lunæ, & umbræ mutatio, prout luminaria determinata in hypothesibus suis situationem respectu terræ fortiuntur, quæ ex anomalia cujusque perdiscenda est. veteres Astronomi ex hac symmetria solis, lunæ, terræ, & umbræ, tam de vera distantia luminarium à terra, quam umbræ ab eadem determinata projectione geometricæ sunt ratiocinati, sed frustra, ob refractiones scilicet radiorum solarium hanc περγυματείαν irritam facientes, & anomaliam quandam seu exceptionem à prædemonstratis induentes, de qua ideo mox in sequentibus agemus.

## RELATIO

*De anomalia antecedentium, quam aeris circa terram crassitudo, & hinc radiorum solarium refractio, in utraque tam lunæ, quam solis eclipsi causatur.*

Veterum simplices & uniformes ἐπισκέψεις circa eclipses luminarium sic à nobis demonstrative sunt præmissæ: referemus nunc, quæ illi vel minus adverterunt, quippe priorum causarum inventione contenti, vel in iis locis, Affyria scilicet & Ægypto, ubi prisci mathematici olim flouerunt, quorum industria sublimis astrorum cognitio ad nos usque permanavit, minus ob aeris puritatem apparuerunt. Nam ex observatis antea & etiamnum in Dania, in citeriore Germania, ulteriore Norvegia diligentissime à me, & aliis adstantibus habitis, satis equidem notabilem alterationem magnitudinis deliquerum in utroque luminari deprehendi. Quum enim ab anno Domini 1589 usque ad annum 1597, una cum aliis sex, septem, aut pluribus interdum studiosis, quos D. Tycho Brahe in exercitiis Astronomicis tunc temporis aluit, summa industria eclipses omnes interea asperctabiles, non uno per canalem modo (cujus insufficientiam facile & mature satis deprehendimus) sed variis rationibus per varia organa, in primis visuale, quod in hoc negotio minus fallit, observarim, compri certe hinc inde diametrum lunæ in novilunio ecliptico insignem diminutionis mutationem, ab ea, quæ in plenilunio appetet, in his locis subire, adeo ut quum tabula quæ hoc negotium exhiberet, construeretur, non veriti simus differentiam diametri lunæ in novilunio ab ea quæ in plenilunio & maxime ecliptico conspicitur, rationi ei accommodare, quæ est numeri quaternarii ad quinariū.

narium; quando eundem etiam adhuc aliquanto heic supereret. Cum hac autem censura reliquæ observationes, quas & paulo post Rostochii ad Varni ripas, ac penes littora maris Baltici, & heic in Dania exinde habuerim, omnes quam proxime conveniunt. In Norvegia autem, ut par est, etiam majorem diversitatem conspexi. Quam enim solis eclipsin anni Domini 1601, d. 14 Decemb. Iohan. Kepplerus Pragæ observatam pro sua opinione defendenda adduxit, & ipse 18 milliaribus ultra Nidrosiam sub elevatione poli  $64\frac{1}{2}$  p. una hora post merid. in horizonte observabam, sole ob parallaxes lunæ & insignem ibidem refractionem, quippe in horizontis vicinitate, fatis quoad superiorem limbum conspicuo, ecce ejusdem typum postea mihi, ubi Bergas Norvegiæ, quarum polus  $60\frac{1}{2}$  exaltatur, appulisse, monstravit Episcopus loci istius M. Andreas Fossius, Theologus, Mathematicus, Historicus, Botanicus, & in linguis ac omni politiore literatura, vir olim præstantissimus, quomodo ad relationem piscatorum in littore vicino, qui eclipsin dictam cum maxima admiratione conspexerunt, ipsam delinearat. In eodem autem typo Sol ita corpus lunare intra sui complexum in medio comprehenderat, ut undequaque ad marginem luce sua diffusa, sesquialtero digito æqualiter quasi emineret. Quamvis autem luna heic prope apogæum versabatur; non tamen in reformata hypothesi propterea ita diminuta diametro conspecta fuisset, nisi densior aer & quasi vapor Oceani intervenisset.

Aliud (si quis adhuc dubitet) documentum rei præsentis dabo in solis eclipsi anno 1608, ult. Iulii contingente, quod quanquam & illa duorum circiter digitorum Wittebergæ videbatur, prout ad me clarissimus & desideratissimus D. Melchior Ioestelius perscripsit: Hafniæ tamen sub cœlo eodem tempore lucidissimo nulla omnino conspecta est. Nam quum a nostra experientia paullo ante clarissimus & amicissimus vir Iohannes Kepplerus Cæsarius Mathematicus Optica sua in lucem edita discessisset, majore equidem desiderio tenebar veritatem etiam per hoc deliquiū ostendendi. Quapropter vestigii hujus in sole indaginis, quod nullum plane, ut dixi, apparuit, quinque adhibitis acutissimi visus studiosis ipse studiosissimus fui. In hac autem eclipsi licet parallaxis latitudinis lunæ, quippe in verticali nostro depresso, paullo apud nos major, aliquid obscurationis nobis detraheret, tanta tamen non fuit ut eam præ animadversione Wittebergenium vel unum digitum diminueret, nisi crassioris hujus loci aeris interventu omnem ab oculis nostris subduxisset.

Has pluresq; consimiles observationes eclipsium loca maritima sub polo elevatiore dederunt; Bohemia autem alias, ubi in aere longe defæcatiore majores in sole defectus, ceteris bene consideratis, se produnt; id quod anno 1600 ultimo Iunii Benaticæ ejusdem regionis, apud D. Tychonem in eo loco commorando, admirabundus intuebar. Quem enim e priore nostra lunæ restituzione vix 4 digit. futurum exspectabam, hunc plusquam sesquialtero digito majorem conspeximus. Neque tamen tunc potui uni (ut visum mihi est) miraculo, tot observationes nostras heic in Dania prius habitas postponere: neque has imbecillioris antea visus mei arguere: sed potius ex eo tempore operam dandā existimavi, ut causæ tantæ variationis innotescerent, postquam ipsas ab aeris inæquali constitutione, qua sub cœlo æquatori vicinior purior est, ad polos autem remotiore fæcator, dependere ex tot observationibus in diversis locis habitis liquido mihi constitisset, & sic doctrinam hanc eclipticam maxime per orbem terrarum, quoad experientia & ratio permetterent, universalem redderem. *Principia enim negat, qui experientiam in Astronomia tollit.* Eodem modo in deliquiis lunæ five totalibus, five particularibus minorem umbræ crassitatem in transitu lunæ sub polo elevatiore & aere crassiore reperi.

Quoniam vero credibile est, & quantum visus assequi poterit, magnitudinem scilicet utriusq; luminaris in media ipsorum a tellure elongatione aut sibi invicem

*Vide Appendix  
cem Prog. 1.  
T. B.*

ad sensum quam proxime æquari; aut lunam aliquanto solem supetare, cuius re*l* periculum saepè & variis instrumentis fecimus: proinde quomodo solaris magnitudo, lunarem sub cælo impuriore in novilunio ecliptico vincit, in plenilunio autem, & umbræ transitus brevior colligitur, & luna ex eadem supra solitam magnitudinem exsurgit, in sequentibus nunc pro captu ingenii mei declarabo, falvo opticorum judicio, si meliores rationes invenire queant.

In eclipsibus duæ saltim rationes sibiq; cognatiōes se nobis offerunt; utramq; paucis referam; præter institutum siquidem nostrum erit, ab hujusmodi contemplationibus, in suscepto motuum restituendorum curriculo, nimium præpediri.

Prior ratio dilatationem solis aut lunaris lucis in aere densiore prætendit, quæ mox opaco corpore lunari vel umbræ interposito se prodit, non secus ac si sol penes ortum aut occasum versando, ab insulula aliqua in mari illi atq; navigantium oculis directe interposita, ita a conspectu occultaretur, ut tamen utrinque aliquid corporis solaris (quod aliquando vidi) remaneret perspicuum. In hoc autem spectaculo, mirum quemadmodum sol sese ab utraque parte radiis suis dilatabit, adeo ut ipsum *συσημα* solare tantum non hinc ab invicem divelli ac plane dissipari dicas. Sin vero dicta insula se non aliter inter oculos videntiam & solem insinuarit, quam ut extrellum saltem marginem solis ab una parte occultando lambat, heic solem sese recolligere & quasi totum in conspectum eximere videbis, duplicem, proculdubio, refractionem admissurum, alteram ob horizontis, alteram insulæ ad latū vicinitatem. Hæc spectacula quando deliquio solari aut etiam lunari rite sub cœlo crassiore accommodavero, nullam equidem dissimilitudinem deprehendo, nisi quod lunæ in solis obscuratione, aut umbræ in transitu lunæ deficientis distantiæ immani ab insula diffideant differentia: deinde quod non magis penes horizontem, quam quemvis alium diurnæ revolutionis situm eclipses contingent. Cæterum huic rationi duo sunt adjuncta, quæ vix satis fortean ab Astronomis probari debent, alterum dilatatio visibilis corporis solaris, &c. in deliquio pleniore, alterum ejusdem ad visum a loco mutatio in obscuratione solis aut lunæ particuliore, quorum tamen neutrum ultra 6 aut 7 min. diversificationem, sub cœlo densissimo, ad quod hactenus experientia se extendit, possunt inducere.


Altera ratio dependet ab illuminatione aeris spissi, qui conum umbræ à luna detortæ proxime ambit. Credibile enim est, umbram istam inibi (fortasse vel ob reflexionem radiorum solarium à terra) rariorem penes margines, denso & ideo fortius illuminato aere, undique radi atque minui. Et quia ob ex lunaris quantuluscunq; fuerit, idolo umbræ ipsius in aere ad oculum representatur, idcirco hac compressiore facta, minus nobis de sole adimitur. Huic autem rationi experientia cohabitare videtur, dum vesperi, aut etiam mane, cœlo, præsertim hyberno tempore, sereniore, & luna quam minimum à sole, quod visu deprehendi potest, distante, radii solis ita semiperipheriam lunæ vicinorem collustrant, ut hæc illuminata supra reliquam opaci corporis lunaris partem, quæ una quasi in globi forma inclusa cernitur, plurimum eminere perspiciatur, lucis scilicet diffusione augustiore in aere densiore facta. Quod quidem idolum lucis dilatationis non nisi in aere aut cerni aut esse possit. Si enim id lunæ ob peristases alias refractionem solis causantes, realiter adhæreret, tunc omnibus in terræ locis, ad quæ obscurationes solis pertingerent, æqualiter appareret, propter lineas refractorias à lunæ extremitatibus directe in aerem & oculum descendentes, unde nec varia<sup>tio</sup> eclipsium solarium in variis climatibus ulla contingeret. Inter geminas itaq; recensitas causas, aut haec, quæ potior mihi videtur, aut superior, pro vera agnoscenda est; nec tertia datur. Hæc de anomalia ecliptica solis, lunæ sequitur.


Quoniam superius causam obscurationis lunæ, umbram terrestrem ex adversis solis radiis projectam, ostendimus, proinde hi quando in aerem terræ viciniorē, & ideo

ideo vaporosum crassumque magis incident, ita in umbram refringuntur, ut hanc undequaq; in exiliorem brevioremq; mucronem efforment, & id quidem pro diversa aeris qualitate singulis terræ locis circumstantis. Neq; tamen, quod ego arbitror, tanta horum radiorum refracta in umbram incidentia unquam esse poterit, quanta visibilis solaris corporis in horizonte refractio in oculum incurrit. Vis siquidē hujusmodi refractionis a præsenti visibilitate corporis luminosi præcipua dependet, ut experientia in Opticis testatur. Sol autem tempesta nocte, quando luna plurimum deficit, emissariis saltem radiis tellurem cōstringens, umbram hujus in aversam partem dejicit. Aliud itaq; est ipsum, visibile Solare corpus in horizontis limite refrangi, aliud, radioꝝ à luminoso visibili vibratos aerem crassum illuminare, & sic refractos in umbram insiliendo hanc attenuare. Sæpe enim experientia & jucundo quasi spectaculo heic cœlo sereno admoneor, quemadmodum sol jam jam occasurus, ob eandem causam aliquamdiu in quadam quasi libratione supra finitorem tremebundus suspenditur; deinde post hanc luctam, rota revolutionis primæ instanter urgente, momentanea quasi submersione, infra horizontem se abdit: quin etiam pari festinatione rursus emergit. Hoc visui nostro à sole refracto ob præsentiam ipsius visibilem contingit, quod vix eodem mox conspectum latente, in aere similiter fieri crediderim. Eadem quoq; lunæ umbram telluris ingressurę cunctatio, & ab eadem regressurę festinatio cernitur.

Quum autem ratio optica experientia suffulta satis oculis exponat, quemadmodum visibilia sese eadem forma refracte exhibeant, qua revera insignita sunt atque determinata, causa idcirco Plinianæ, Mæstlinianæ, imo propriæ quoq; observationis aliquoties, ubi defectus in luna conspiciebatur, utroque luminari visibiliter supra horizontem existente, non alibi quam in umbra terræ quærenda est, velut id latius in disputatione de diminutione eclipsium differui. quę vero heic de eadem ab experientia admonueram, breviter omnia præsenti figuræ adstringam, tanquam oculis ibidem evidentius exponna.

Sit A centrum globi terrestris, B solis H lunæ in deliquio folis, L in proprio lunæ. ut autem quæ in solis eclipsi anomalię, nec omnibus in locis æqualiter se offerunt, primum expediamus: ducantur lineæ rectæ ab extremis diametri solis ad superficiem usq; terræ C V & D V, lunare corpus in H ex utraque parte perstringentes. Et quanquam maxima heic obscuratio solis inducatur: tamen eadem sūl polo elevatiore totalis & in aere crassiore nunquam soli tanta afferri potest, quin aliquid visibile de corpore ipsius remaneat, heic per circumferentiam lucidam E F repræsentatum, quod apparet, dum ab illis quoq; lineæ rectæ in visum V descendant, lunare corpus, & ideo quoque occultationem ab ipso inducendam prætereuntes. Sive itaque radii solares in aere densiore visibilem circumferentiam solis ampliant atque dilatant, ut in conspectuin, quem experientia requirit, sese exerat: sive vicinus aer penes axem coni umbræ lunæ G V K, ob sui densitatem, qua à radiis solaribus insignem collustrationem admittit, in umbram ita agit, ut hanc undique illuminatione sua fortiori





depascat quasi, & extenuet, & sic idolum corporis lunaris umbram residuam in dicto aere ad oculum imitans, tantum de justa solis obscuratione adimat, quantum umbræ ab aere vicinore collustrato depaustum sit: (objectum enim quodvis ea forma ac magnitudine qua radii ab ipso in oculum per medium diaphanes influunt, deprehenditur.) Quicquid est, id per diversa loca collegi, quod nunc pro certissima experientia affero, minorem scilicet solis eclipsin semper fieri, quo polo nostro propriis vergas, & per consequens ex aere spissiore illam intuearis, quando cætera omnia quæ vel ad parallaxum, vel meridianorum mutationem requiruntur, rectissime fuerint curata. Quapropter infra ad singula certa climata hujus anomaliæ ratio proportioque à nobis adhibenda est. Qui vero ad discretionem visus, & ejus vitium penes quosdam, in iisdem præsertim, aut hisce locis, hanc alterationem non dubitat referre, prius visum vitii generalis arguet in his omnibus, qui sub cœlo crassiore vivunt, quam talem suam opinionem pro ipsa veritate nobis obtrudet.


Porro portionem aliquam umbræ terrestris, in quam luna plena & ecliptica demergitur, auferendi aer quoque densior circa terram, causam, ut supra dixi, affert. Quum enim rectæ lineæ C R P & F Q P à sole per terram demissæ, umbram realiter perducerent ab A in P, facit aer terræ circumstans ultra R & Q densior & illuminatior, ut ab hoc radii solares in umbram insiliant, eamque undique extenuent atque in conum M recolligant, in forma qua heic conspicitur. est itaque M P differentia prolongationis hujus; & spatium utrinque in transitu lunæ L satis appetat, quo umbra hæc brevior ea est, quæ in verum mucronem P desivisset. hujus quoque variationem aliquam sub cœlo (ut ratio efflagitat) densiore deprehendi, & lucidæ quoque particulæ lunæ in particularibus eclipsibus majorem sub eodem apparentiam; quamvis non tanta est, ut cum solis apparente eminentia certet.

Nec ignoro, solem paulo plus dimidio systemate globi lunæ & terræ ob veram suam magnitudinem multis parasangis hæc corpora superantem illumina-re. Sed tam hoc, quam illud exiguum, quod inæquali nodorum motu circa latitudinem lunæ proveniat, nec bene in sensum incurrat, à præsentium consideratione censeo omittendum. Est enim Astronomi etiam insensibilia quædam minutæ ignorare velle. Interim autem hoc de umbræ terrestris diminutione geometrice experiemur, posita solis à centro terræ distantia media 1288 semidiamet. & visibili diametro ejus 31 min. una cum magnitudine umbræ in transitu lunæ apud nos heic in Dania observata, cuius diameter quasi ad 1 gr. 29 $\frac{1}{2}$  min. se extendit. Frustra namque veteres, ut supra dictum est, trium horum corporum, solis, lunæ, & terræ, distantiam ac proportionem ad invicem beneficio eclipsium, etiam insuper data lunæ à terra distantia, se rimari posse existimaran-t, anomalia quam nunc in umbræ attenuatione tradidimus, dimensionis rationem ubique terrarum, licet inæqualiter interturbante.

Demonstratio semidiametri veræ solis & lunæ, item veræ longitudinis, & crassitie umbræ terrestris in transitu lunæ, aere, si fieri posset, purissimo finitorem ambiente; & quantum à visis apud nos differunt.

Sit in præsenti apposita figuratione A centrum globi terrestris, B solis in mediocri sua distantia à terra, quam supra posuimus 1288 semidiam. terræ, quarum A C una est, quæ distantia mensuratur linea A B; ut & lunæ mediocris elongatio à centro terræ ex adverso linea A R. descendant autem lineæ à contactibus solis seu extremitatibus diametri G & I, tangentes terræ globum utrinque penes diametrum ejus in C & D (vix enim sensibiliter, ut dixi, hæc puncta intra contactum reperiuntur) desinunt itaque in H, quo usque conum umbræ terrestris quoque producunt, quo etiam linea B A H continuetur. quoniam autem propositum est primum semidiametros veras solis & lunæ, deinde longitudinem umbræ A H venari: prius agatur linea A I; deinde in triangulo orthogonio A B I, quoniam  $\angle B$  sunt A B 1288 semid. terræ distantia solis à terra: B A I 15 m. 30 sec. angulus apparentis sem. solis: denique A B I angulus rectus. ergo invenitur latus B I  $5\frac{7}{100}$  semid. terræ, quod veram semidiametrum solis metitur, cui æqualis est B G. eodem modo pro vera lunæ semidiametro quoniam in orthogonio A O V dantur A O 57 gr. 38 m. semid. terræ, lunæ scilicet plena in apogæo elongatio, quando etiam O V semidiameter apparetis hujus est 16 min. ergo datur vera semid. lunæ  $16\frac{1}{2}$  min. qualium A D est 60 min.

Porro ad B G agatur linea C K parallela A B. deinceps igitur A C semidiametro una terræ ab B G: remanet K G  $4\frac{7}{100}$  sem. hæc autem ut se habet ad C K 1288 sem. sic B G ad B H; quapropter & illa datur 1556--semid. terræ, à qua quum auferatur A B 1288 semid. remanet longitudo coni umbræ quæsita A H 268 sem. terræ quæ proxime, exquisite cum Ptolemæo, dum sol ipsi in apogæo fuerit. denique pro semidiametro umbræ apparenti in transitu lunæ secundum medium hujus à tellure elongationem, nempe 56 semid. terræ, agatur per E linea E F parallela C D. & quia R H datur 212 semid. per differentiam A R ab A H: ergo rursus ut A H 268--semid. ad A C unam semid. sic R H 212 semid. ad R E  $5\frac{7}{100}$  semid. seu in resolutis minutis 47 min. 28 sec. fere, quorum scilicet A C est 60 min. ducta deinde linea E A, quoniam in orthogonio E R A  $\angle A$  sunt A R 56 semid. terræ R E 47 minut. 28 sec. semid. unius, una cum angulo recto inclusa ad R: quare datur angulus visionis R A E 48 minut. 34 secun. at apud nos sub poli elevatione 56 grad. proxime, idem angulus in plurima & diligentissima observatione eclipsis lunæ, non major comprehensus est 44 m. 10 sec. ad quam mensuram infra docebimus Copernicæam necdum accedere, Ptolemaicam autem, eandem paulo superare, ut videoas aeris qualitatem in limitibus horizontis diversorum telluris tractuum, in quem radii solis incidentes umbram terræ extenuant, ut supra demonstratum est, parum variari, nisi fortasse



Capit. 2. his junct.

Lib. 5. Alma-  
gesl. cap. 15.

fortasse in ultima Norvegia, Islandia, atque Grunlandia, terrisque polo maxime vicinis, aer crassissimus adhuc aliquid, scilicet supra  $4\frac{1}{2}$  m. quibus fere angulus R A E modo inventus eundem apud nos observatum vincit, cuius duplum, respectu totius diametri umbræ, seu anguli E A F, est  $8\frac{1}{2}$ .

Ex harum diligentí consideratione innotescit, quod supra de elongatione solis à tellure in hypothesi lunæ demonstravimus, pulcre veritati consentire, citra cujus medium veteres ad veram solis à terra distantiam, ut & proportionem trium horum corporum, solis, lunæ ac terræ, quæ hinc sequitur investigandam, nunquam pervenire potuere; latente scilicet ipsis semper vera ratione E R ad C A. ceterum nos eandem proportionem antequam longius progredimur, oblata oportunitate mox acquiremus.

### De trium corporum mundanorum, terræ, solis, & lunæ ad invicem proportione.

Quandoquidem diameter terræ, velut & ipsius tota capacitas in qualibet proposita mensura in geometria satis innotescit, proinde recte ad hujus proportionem cœlestia corpora commensurabuntur: quod nunc in sole & luna facturi sumus, tum ratione symmetriæ cum tellure, tum inter se instituta. Etenim astronomia non solum motuum notitiam, sed etiam magnitudinem corporum cœlestium, quoad fieri potest, pollicetur. Quum autem è geometria constet spheras esse in triplicata ratione suarum diametrorum: semidiametri autem luminarium proxime acquisitæ sunt, solis quidem  $5\frac{2}{3}\frac{1}{2}$ , lunæ vero  $16\frac{1}{2}$  minut. qualium terræ est una; quare dum hi numeri seorsim cubice excipiuntur, & cum cubo ex una semidiametro terræ conferuntur, invenitur sol major esse terra  $196$  vicibus, id est vigesies octies septies sumptis; luna au-


tem minor eadem terra circiter  $51\frac{1}{2}$  vicibus, aut aliquanto ulterius; sed retinendo  $51\frac{1}{2}$ , sol major luna erit decies millies exacte. Hæc autem corporum horum admiranda satis ad invicem symmetria est, prout è cœlo absque omni coactione deducta nunc cognoscitur.

### DEMONSTRATIO

Variationis semidiametrorum, solis, lunæ, & umbræ terrestris, una cum anomaliis proportionaliter secundum experientiam subiunctis.

Præmissis iis, quæ passiones trium corporum mundanorum, solis scilicet, lunæ ac terræ, juxta magnitudines atque uniformes eorundem ab invicem distantias in eclipsibus concernunt; nunc quæ in iis variationes fuerint, juxta ea quæ superiore antepenultima, & penultima figura contemplanda dedimus, ulterius per geometricas demonstrationes, tum quoque experientiam, determinando exsequemur, ut quæ semidiametrorum in deliquiis apparentiæ fuerint, heic cognoscantur.

I. Pro



## I.

Pro simplicibus itaque quæ antepenultimo schemate indicatae sunt semidiametrorum variationibus ultimum repetatur, ex quo primum libet luminarium apparentias, solis scilicet & lunæ, in apogæo & perigæo, postea umbræ terrestris ob variationem tum solis tum lunæ à terra, rimari. Ad hypotheses autem superiores luminarium, ut & determinatas eorundem medias è tellure elongationes, invenimus

Solis	$\left\{ \begin{array}{l} a' titudinem \\ à terra in \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} apogæo \\ perigæo \end{array} \right.$	Grad.	
Lunæ	$\left\{ \begin{array}{l} a' titudinem \\ à terra in \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} apogæo \\ perigæo \end{array} \right.$	1334	
novæ vel plenæ			1242	
			Gr. Mi.	
			57 38	Semid.
			54 23	terrae

Hinc in apposita figura, *diadœmous* B I  $5\frac{1}{2}\circ$  vera semidiametro solis in semid. terræ, B A 1334 distantia solis in apogæo, denique A B I angulo recto, acquiritur angulus B A I 15 min. o sec. quam proxime.

Eadem methodo sole perigæo existente quum procedatur, sola variata linea A B, quæ heic ponitur 1242, provenit semidiameter visibilis solis  $16\frac{1}{7}$  m. insensibilis itaque in variatione semidiametri hujus apud Tychonem error reperitur: dum ipse ab experientia, hanc solis in apogæo ponat 15 m. in perigæo 16 m.

Similiter in luna quoniam vera semid. ipsius superius reperta sit  $16\frac{1}{7}$  proxime unius terræ: quare in consimili triangulo orthogonio A O V ex datis O V  $16\frac{1}{7}$  min. semid. unius terræ perpetuo:

Gr. Mi.			
item A O	$\left\{ \begin{array}{l} 57 38 \\ 54 23 \end{array} \right.$	Lunæ $\left\{ \begin{array}{l} apogæo \\ in \end{array} \right.$	
		Semid. $\left\{ \begin{array}{l} apogæo \\ perigæo \end{array} \right.$	cum angulo recto ad O
		datur visibilis semidiameter lunæ	
		$\left\{ \begin{array}{l} apogæo 16 \\ in \end{array} \right.$	quam proxime
		$\left\{ \begin{array}{l} perigæo 17 \end{array} \right.$	


Igitur heic apud Tychonem, nescio quo, ex abitu meo à Bohemia, errore, solidum minutum in lunæ perigæo semidiametro redundat; quamvis eadem plena penes umbram terre, semper adhuc nostra hac inventione semidiametrum aliquanto majorem exhibeat, ex aliqua, proculdubio, causarum istarum, quas superius soli alligabam.

## II.

Porro quod umbram terræ attinet, & primam ejusdem in eodem transitu lunæ variationem, quam ob solis à tellure sortitur, illam taxabimus hoc modo. Quandoquidem portio veræ semid. solis K G superius constat  $4\frac{1}{2}\circ$  grad. qualium A C est pars una: idcirco quum C K quæ æqualis est A B datur in apogæo solis 1334, erit ut K G ad K C, sic A C ad A H: ergo in hac proportione invenitur A H  $277\frac{1}{2}$  semid. terræ. à quibus ablata elongatione media lunæ à terra  $56$  semid. remanet R H  $221\frac{1}{2}$  semid. terræ. ergo ut R E habeatur, erit ut H A ad A C; sic H R ad R E 7982, qualium scilicet A C una semidiameter terræ assumpta est 10000 p. quam rationem & compendii & majoris præcisionis loco adhibemus. quum autem in orthogonio A R E in eadem ratione dentur A R  $56000$  distantia media lunæ à terra, item R E 7982 cum angulo recto ad R, datur angulus visionis semidiametri umbræ R A E, sole in apogæo existente, 49 m. o sec. unius gradus quam proxime; sole autem perigæo, invenitur angulus visionis R A E eadem inductionis via  $48\frac{1}{3}$ . est itaque differentia  $\frac{1}{3}$  m. seu 56 sec. cum prædecessorum Astronomorum calculo omnino conveniens.

Restat

## III.



Restat variatio umbræ ob inæqualem lunæ à tellure per hypothesin incessum. Dum enim apogæa fuerit, breviorem per umbram transitum quam perigæa conficit, ob formam umbræ ipsius in conum à terra velut radice se extendentem, quomodo id supra ostensum est. differentia tamen longe minor heic quam juxta veterum hypothesium lunarium exigentiam provenit; ob æquantem lunæ in nostram hypothesin merito introductum. hanc autem in apogæo & perigæo sic venamur. primo quum constet lunam apogæam novam sive plenam à tellure distare 57 gr. 38 min. semid. terræ: erit itaque ut  $H\ A$  268 semid. umbræ totius inventa longitudo media, ad  $A\ C$  unam semid. terræ, quæ heic præcisionis urgendæ causa in part. 60000 ponitur: sic  $H\ R$  210 gr. 22 min. semid. terræ ad  $R\ E$  47° 97', primo scilicet & tertio termino ad medii suppositionem resolvendis. hinc in orthogonio  $A\ R\ E$  pro angulo visionis  $R\ A\ E$ , quia διδόμενα sunt duo latera circa angulum rectum ad  $R$ , datur itaque dictus  $R\ A\ E$  46 min. 49 sec. nempe semidiometer umbræ veræ apparentis in transitu lunæ apogææ existentis. eadem plane inductionis via invenitur semid. umbræ, quam luna perigæa pertransit 50 min. 24 sec. solo latere  $H\ R$  variato, ad distantiam lunæ perigææ à terra (dum nova aut plena fuerit) 54 grad. 23 min. semid. terræ. est enim  $H\ R$  differentia inter  $A\ R$  &  $A\ H$  in quavis supposita lunæ à tellure distantia, & semidiometer umbræ in media solis & lunæ à terra distantia  $48\frac{1}{2}$  min. ex præmissa inquisitione. Atque hæc omnia ad veram umbræ quantitatem supputata volumus, ut ad apparentem postea juxta experientiam καὶ ὥλη possit reduci, de cuius exquisitione dum admodum fueram solicitus, æstimaturus, ut videbar, attenuationem umbræ ex inæqualitate aeris spissioris circa diversorum locorum horizontes, nihil fere etiamnum firmum, & quod ordinariam mutationem subit, adinvenio. quum enim ex distantia media solis, & lunæ à terra, apud diversos astronomos angulum visionis semidiometri umbræ  $R\ A\ E$  inquiram, invenio eundem

Apud	Ptolemæum	$44\frac{1}{2}$
	Alphonsinos	41
	Copernicum	$43\frac{1}{2}$
	Reinholdum	$43\frac{1}{2}$
	Tychonem	$44\frac{1}{2}$

Tychoni autem & nobis ut mera in hoc loco experientia, sic Alphonsinis Aratæ cuiusdam Philosophi inventio non satis accurata affistit. De veterum quoque diametri umbræ mensuratione, si illam, ut proculdubio fecerunt, trajectu per lunæ profundam umbram dimensi fuerint, admonendum est, semper eosdem à vera ejus quantitate defecisse, propter celeriorem motum lunæ novæ ac plenæ à nobis primo omnium animadversum, & à mora ipsius in umbra expatum.

Quum

Quum itaque variatio semidiametri umbræ in eodem transitu Lunæ juxta hujus medianam à terra elongationem non usque adeo per observationes diversorum Astronomorum sensibilis fuerit, credibile est vapidum & crassum circa horizonta aerem, ob quem attenuatio diametri umbræ in transitu Lunæ circiter 8 $\frac{1}{2}$  gr. semid. terræ ( ut supra quoque innuimus ) contingit, neque multum fibi esse inæqualem, ut refractiones Alexandrinæ in Sole, quas superius afferui, etiam hinc affirmari videantur. Sequitur nunc tabula semidiametrorum Solis, Lunæ, & umbræ, ad quamlibet distantiam à terra in eclipsibus.

## Tabula semidiametrorum in eclipsibus.

Anomalia ○ & ☽	Solis		Lunæ	Vmbræ	Variatio umbræ	Anomalia ○ & ☽	
	S.	G.				S.	G.
0	0	15 0	16 0	43 0	0	12	0
0	6	15 0	16 0	43 1	0	11	24
0	12	15 1	16 1	43 2	1	11	18
0	18	15 2	16 2	43 6	2	11	12
0	24	15 3	16 3	43 9	3	11	6
1	0	15 4	16 4	43 14	4	11	0
1	6	15 6	16 6	43 19	6	10	24
1	12	15 8	16 8	43 25	9	10	18
1	18	15 10	16 10	43 33	12	10	12
1	24	15 12	16 12	43 41	15	10	6
2	0	15 15	16 15	43 49	18	10	0
2	6	15 18	16 18	43 58	21	9	24
2	12	15 21	16 21	44 9	24	9	18
2	18	15 24	16 24	44 20	27	9	12
2	24	15 26	16 27	44 31	30	9	6
3	0	15 29	16 30	44 43	34	9	0
3	6	15 32	16 33	44 55	37	8	24
3	12	15 35	16 36	45 7	40	8	18
3	18	15 38	16 39	45 19	43	8	12
3	24	15 41	16 42	45 31	46	8	6
4	0	15 43	16 44	45 44	49	8	0
4	6	15 46	16 46	45 56	51	7	24
4	12	15 49	16 49	46 7	52	7	18
4	18	15 51	16 51	46 17	53	7	12
4	24	15 53	16 53	46 27	54	7	6
5	0	15 55	16 55	46 36	55	7	0
5	6	15 57	16 57	46 44	55	6	24
5	12	15 58	16 58	46 50	55	6	18
5	18	15 59	16 59	46 55	56	6	12
5	24	15 59	16 59	46 58	56	6	6
6	0	16 0	17 0	47 0	56	6	0

De lunæ semidiametro in novilunio ecliptico diminuenda, plenilunio autem dilatanda, idque juxta aeris successive in diversis locis incrassati temperiem.

Phænomena hæc in diversis locis quemadmodum ab aeris inæquali temperamento dependent, supra copiose exposuimus ratione optica, sed maxime experientia nixi; juxta quam nunc semidiametri lunæ decrescentiam in novilunio ecliptico, in plenilunio autem excrescentiam, infra supraque quantitatem mediæ ipsius apparentiæ, quam tabula superior complectitur, heic assignamus, & quidem utramque ad diversas poli mundani exaltationes, semper duas tertias semidiametri noviluniæ eclipticæ, eidem pleniluniæ augmentandæ quasi distribuentes, idque saltim semidiametro lunæ extra umbram se exerenti, quod phænomena particularium deliquiorum lunæ etiam sibi nostra heic diligente observatione depositunt. Mirari autem subitam istam alterationem, quæ elevationi 50 & 56 grad. præter solitam successionem intercedit, nemo debet, quum eandem experientia (ad quam semper provocamus) nos doceat. Et quidni? subito enim hisce maritimis locis crassitudo aeris, quæ causa hujus apparentiæ est, major incumbit. Eadem licet magis magisque stipatur, quo polum propius versus vergas; non tamen proportione mutationi successive respondentे, quæ parem semidiametri lunæ causari poterit; alias enim eadem omnem eclipsin solarem sub elevatione poli 80 p. exspectandam plane exhaustiret. Quod cum incredibile fuerit, nec etiam experientia in Norvegia ulteriore & Islandia, quæ nobis hæcenus innotuit, tantam mutationem successive postulat, proinde singula heic eidem quam proxime, ut potui, attemperanda duxi. Et quia inæqualis luminarium apparentia in apogæis & perigæis nullam fere sensibilem mutationem per hæc lunæ decrementa & augmenta inducit, propterea hæc, quemadmodum ad correctas poli elevationes per tabellam sequentem obveniunt, lunæ semidiametro accommodantur.

## Tabella

## Tabella mutationis semidiametri lunæ in eclipsibus.

Elevat. poli à 20 ad 74 gr.	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G	G
	20	30	40	46	50	53	56	59	62	65	69	74	
Semid. lunæ	Solis subt.	S	S	S	S	M	M	M	M	M	M	M	M
in eclips.	Lunæ add.	o	10	30	40	50	2	3 $\frac{1}{2}$	4 $\frac{1}{2}$	5 $\frac{1}{2}$	5 $\frac{1}{2}$	6	6 $\frac{1}{2}$
	extra eclips.	o	6	20	30	34	1 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{2}$	3	3 $\frac{1}{2}$	3 $\frac{1}{2}$	4	4 $\frac{1}{2}$

## Tabula synodicæ revolutionis lunæ ad solem.

Menses	Cō.	Bif.	Tempus δ				Anom. solis			Anom. lunæ			Latit. lunæ					
			D.	H.	M.	S.	S.	G.	M.	S.	S.	G.	M.	S.				
Ianuar.	31	31	29	12	44	3	0	29	6	21	0	25	49	0	1	0	40	14.
Februar.	59	60	59	1	28	6	1	28	12	41	1	21	38	0	2	1	20	28
Martius	90	91	88	14	12	9	2	27	19	2	2	17	27	1	3	2	0	42
Aprilis	120	121	118	2	56	13	3	26	25	23	3	13	16	1	4	2	40	56
Majus	151	152	147	15	40	16	4	25	31	43	4	9	5	1	5	3	21	9
Iunius	181	182	177	4	24	19	5	24	38	4	5	4	54	1	6	4	1	23
Iulius	212	213	206	17	8	22	6	23	44	25	6	0	43	1	7	4	41	37
August.	243	244	236	5	52	25	7	22	50	45	6	26	32	2	8	5	21	51
Septēb.	273	274	265	18	36	28	8	21	57	6	7	22	21	2	9	6	2	5
Octob.	304	305	295	7	20	31	9	21	3	27	8	18	10	2	10	6	42	19
Novēb.	334	335	324	20	4	35	10	20	9	47	9	13	59	2	11	7	22	33
Decēb.	365	366	354	9	48	38	11	19	16	8	10	9	48	2	0	8	2	47
Dimid.	Mensis	14	18	22	2	0	14	33	11	9	22	54	30	6	15	20	7	

## Tabula motus horar. in δ &amp; 8, &amp; simul dimidii diei ante &amp; post.

Ano. i gr. coeq.	0		I		2		3		4		5		Ano. i gr. coeq.	
	Horar. in δ	Horar. Vltra & 8	Horar. in δ	Horar. Vltra										
G. M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. M. S.	M. S. G.		
0 27 43 27 12 28 4 27 34	29 1 28 46	30 24 30 42	31 51 32 53	32 58 34 30	33 11 35 8	34 45 30								
3 27 44 27 12 28 8 27 39	29 9 28 57	30 33 30 55	31 58 33 5	33 3 34 53	32 7 35 0	34 24								
6 27 45 27 13 28 13 27 45	29 17 29 8	30 41 31 7	32 6 33 18	33 7 35	34 11 35 8	35 21 33								
9 27 45 27 14 28 18 27 51	29 25 29 19	30 50 31 20	32 14 33 30	33 11 35 8	34 21 35 18	35 17 35 15								
12 27 47 27 15 28 23 27 58	29 33 29 29	30 58 31 33	32 21 33 41	33 14 35 14	34 17 35 18	35 20 35 12								
15 27 48 27 16 28 29 28 5	29 41 29 41	31 7 31 46	32 28 33 54	33 17 35 18	34 21 35 15	35 24 35 12								
18 27 51 27 19 28 35 28 12	29 49 29 52	31 17 32 0	32 35 34 5	33 20 35 24	34 21 35 9	35 23 35 6								
21 27 53 27 22 28 41 28 20	29 58 30 4	31 26 32 15	32 41 34 17	33 21 35 29	34 23 35 32	35 24 35 3								
24 27 57 27 26 28 47 28 29	30 6 30 17	31 34 32 28	32 47 34 26	33 23 35 32	34 24 35 3	35 25 35 0								
27 28 6 27 30 28 54 28 38	30 15 30 29	31 43 32 41	32 53 34 36	33 24 35 34	34 25 35 3	35 26 35 0								
30 28 42 27 34 29 1 28 46	30 24 30 42	31 51 32 53	32 58 34 45	33 24 35 37	34 25 35 0	35 26 35 0								
	II	IO	9	8	7	6								

Præcepta  $\psi\eta\phi\phi\gamma\alpha\sigma$ , seu calculi eclipsium lunæ & solis, brevissima.

Præmissis iis, quæ tam eclipses luminarium quam ipsarum variationes quoquo modo causari potuerint: nunc praxin computandi deliquia utriusq; luminaris defideratam subjungemus, labore, quo fieri potest, levissimo, ne Astrophilos difficultas, quam vel in hac parte experiri alias coguntur, a studio Astronomico omnium in philosophia & dignissimo & divinissimo penitus exarceat.

Calculus autem eclipsium circa duo potissimum versatur, quæ ex motu utriusque luminaris proveniunt, ipsam scilicet syzygiam eclipticam, quæ à longitudine luminarium sub ecliptica temporis indicationem affert; & semidiametrorum solis, lunæ, & umbræ, tum quoque latitudinis lunæ veræ in eclipsi lunæ; viæ autem in solis obscuratione repræsentationem, quæ magnitudinem & durationem deliquii concernit.

## I.

*Iudicium futuri deliquii.*

Quod autem primum attinet, quandoquidem motus e restitutis hisce luminarium theoriis ac tabulis continuo in ephemeridas ad tempora præsertim futura digerantur, non existimo necessum esse amplius pro mediis syzygiis eclipticis laborare, sed simul atque ex latitudinis lunæ motu (qui vere intra  $12\frac{1}{2}$  gr. ab aliquo notorum continebitur, modo eclipsis lunæ, & intra  $6\frac{1}{2}$  gr. visibiliter, modo solis obscuratio ulla sit futura) de plenilunio aut novilunio ecliptico innotuerit, ad veram syzygiam in utraque eclipsi, calculum dirigi, ut reductione ex Ephemeribus heic ad meridianum loci per tabulam propriam facta, tempus veræ syzygiæ eclipticæ innotescat.

*De hac reducione vide c. 3. in fine.*

*Exploratio syzygiæ eclipsice.*

Deinde ad hoc oblatum tempus & nondum æquatum, solis verus locus ab æquinoctio, lunæ a sole, quilibet e suis restitutis tabulis exquirendus est, idque majoris certitudinis gratia, quo motus in deliquiis exquisitissime expendantur; ubi notandum, quod in syzygia ecliptica sola prosthaphæresi lunæ, quæ primæ columnæ est, & eclipsibus debetur, juxta simplicem oblatam anomaliā lunæ utendum conveniat.

Si autem absque continua motuum computatione, quos ephemerides complectuntur, quisquam eclipses ad secula retralapsa supputare velit, tabulas synodicæ revolutionis solis ac lunæ, Rheinholdi & aliorum consulat; aut ipse potius ad initium anni, quo talem eclipsin contigisse cognoscere cupit, motus luminarium exploreat, atque ad synodicas revolutiones reducat, hasque per menstruas ac semirevolutiones tantisper (beneficio scilicet tabulæ quam a Tychonis progymnasmate huc translatam reliquis in hunc usum subjunxi) augeat, donec nodis velut eclipses indicibus vicinas deprehendat; & postea ex restitutis hisce motibus luminarium calculum corrigat.

## II.

*Inventio motus horariorum lunæ ante & post eclipsim.*

Retento autem tempore prius ad meridianum loci supposito, quod haud longe à media syzygia ecliptica præcipue lunari juxta nostram restitutionem abesse poterit, motum lunæ horariorum à sole, aut secundum tabulam præmissam, aut satis certe & compendiose aliter venabere: Quoniam in reductione temporis atque accidentium in utraque eclipsi præstat verum motum lunæ una hora tam ante quam post syzygiam eclipticam notum esse. Est itaq; motus horarius medius lunæ 30 min. 29 sec. & duplicatus 1 gr. 0 min. 58 sec. cui respondet primum æquatio anomaliæ/dum heic in tam parvo interstitio æquantis ratio negli-

gi

gi possit) 16 min. 30 sec. item variatio lunæ 44 sec. Hinc media anomaliæ lunæ uni horæ conveniens est 32 min. 40 sec. Cui quando additur æquatio , semper manet motus anomaliæ æquatae horarius ante & post veram syzygiam 49 mi. 10 sec. Si itaque differentiam prosthaphæreos lunæ primæ columnæ , quæ ad signum & gradum anomaliæ syzygiæ mediæ proxime infra in horario motu ante, & supra in horario motu post syzygiam sese offert in 49 m. 10 sec. semper multiplicaveris, emergit pars proportionalis, quæ cuivis horū duorum motui medio lunæ horario cum variatione complicata 31 min. 13 sec. accommodanda est , prout luna supra infraq; medium elongationem a terra in hypothesi fuerit constituta, id quod ex anomalia ipsius satis intelligitur: supra enim pars proportionalis subtrahenda est; infra adjicienda. Atq; hæc via facillima ac tutissima videtur, nec est quod quisquam pro parte proportionali ab excessu & scrupulis proportionalibus eruenda sit sollicitus, quum vix illa unquam heic ultra i<sup>z</sup> mi. assurgere possit. Per hos motus horarios medium deliquii proxime circumstantes etiam lunæ fit reduc<sup>tio</sup> exac<sup>t</sup>e ad medium eclipsin, ut in exemplis patebit.

## I V.

Motibus horariis Lunæ, & syzygia vera ecliptica juxta præcedentia inventis, ad quantitatem deliquii & tempus durationis tendendum est. Vbi alterum, quod requiri diximus de latitudine lunæ, item quantitate semidiametrorum luminariorum, atque, umbræ in praxin incurrit, quæ ex tabulis superioribus peti possunt.

De quantitate itaq; eclipseos lunæ dijudicandum est ex latitudine vera ipsius: item lunæ atque umbræ apparentibus semidiametris : de solaris vero deliquii magnitudine , ex visibili latitudine lunæ, item hujus atque solis diametris. Hæc omnia ex tabulis superioribus petenda sunt, semidiametri per æquatam anomaliam luminarium; latitudo lunæ e prima columna tabulæ suæ per verum motum latitudinis. Ab aggregatis autem binis semidiametris, quum latitudo lunæ auferatur, remanet quantitas deliquii maxima. Eandem si in digitis habere desideres, qualium totum luminare æstimatur 12 digit. erit ut tota diameter obscurati luminaris ad 12, sic remanens quantitas ad terminum quartum seu digitos obscurationis cum suis scrupulis. Notandum autem quod in particulari deliquio lunæ semper ea particula, quam supra ad diversas poli elevationes adjecimus, ex parte deficiente, vel latitudine lunæ ad medium eclipseos subtrahenda sit. In solari vero defectu semper lunæ semidiameter diminuenda sit ea particula, quam ad competentem poli elevationem ibidem reliquimus.

## V.

Porro ad præcognoscendum quamdiu duraturus sit defectus, item quantum tempus incidentiæ & moræ lunæ per umbram in eclipsi hujus totali requiratur; ad id igitur resolvantur in scrupula secunda tam aggregatum semidiametrorum, quam latitudo lunæ ad medium syzygiam eclipticam, & singulis speciatim quadratis auferatur quadratum latitudinis lunæ a quadrato aggregati semidiametrorum, & relinquatur quadratum, cuius radix ostendit cursum lunæ in propria orbita ab initio ad medium, vel medio ad finem, in tempus per motum horariorum lunæ resolvendum.

In eclipsi vero lunæ totali, quæ cognoscitur quando relictum ex differentia semidiametrorum lunæ & umbræ excesserit latitudinem lunæ, postquam lunæ semidiameter prius aucta fuerit ea particula quam supra ad diversas poli elevationes adjecimus, quæ tamē ultra hanc δοκιμασίαν non adjicietur, quando scilicet lunæ deliquium totale fieri præcognoscitur. Igitur quū initium totius obscurationis, vel rursus initium primæ apparentiæ lunæ ex umbra à medio, quod tempus dimidiæ moræ in umbra appellamus, cognoscendū sit; multiplicabitur dicta resoluta differentia semidiametrov in se, & ab hoc numero quadrato auferetur (ut prius)

*Reductio motuum lunariorum exac<sup>t</sup>e ad veram conjunctionem aut oppositionem.*

*Aestimatio quantitatu deliquii.*

*Lib. 4. revolut.  
cap. 32.  
Arith. figura-  
ta cap. 3.  
Præcept. tabul.  
Rheinh. 52.  
G. 63.*

quadratus numerus latitudinis, nam radix ex reliquo dimidiā moram in motu lunæ ostendet, similiter per motum horarum Lunæ in tempus convertendum. Demonstratio horum petenda est ex Copernico : praxis autem per arithmeticam figuratam de numeris quadratis &c. compendiose adjuvatur. Eadem quoque per tabulas Rheinholdi recte accommodatas brevius perfici poterit.

## V I.

*Notitia veræ  
aut visæ lati-  
tudinis Lunæ  
ad initium &  
finem eclips.*

*Hoc quidem  
præceptum ad  
eclipſin lunæ  
maxime perti-  
net. Aliud vi-  
de infra de  
eclipſi solis.*

Denique ut constet latitudo vera & visa lunæ ad initium ac finem eclipseos, subtrahatur motus longitudinis lunæ inventus inter medium & initium à vero vel viso motu latitudinis ad medium, & per relictum quæratur latitudo lunæ ad initium ex tabulæ superioris latitudinis lunæ prima duntaxat columnæ, quæ conjunctioni & oppositioni lunæ cum sole destinata est. Et quanquam nodorum in antecedentia interea prorogatio insensibiliter fere latitudinem variet : potest tamē etiam ejus ratio haberi, addendo scilicet motui latitudinis lunæ 2<sup>7</sup> m. pro singulis horis, quibus superat horarum magnitudinis lunæ motum à sole, sive retro sive porro latitudinis motus lunæ fuerit à media eclipsi reducendus : nam eodem modo ad finem eclipseos motus latitudinis lunæ cognoscitur, & propterea quoque ipsa latitudo lunæ, quando idem motus lunæ inventus à medio ad initium, motui latitudinis vero, qui medio deliquii congruit, addatur.

Hactenus in genere præcepta tradidimus de utriusque solis & lunæ defectu, quæ lunæ deficienti ut sufficiant, sic soli ob parallaxum lunarium implicationem neutiquam, nisi prius hæ & inventæ, & viæ eclipticæ secundum longitudinem & latitudinem applicatae fuerint : siquidem non vera sed visa luminarium synodus heic requiritur. Quamvis autem superius de parallaxibus lunarium in genere egimus, & quoad inventionem in circulo altitudinis, & discretionem secundum longum & latum : tamen compendiosior ratio in eclipsibus offertur, non solum distantiam lunæ à terra in semidiametris, & ideo parallaxes in circulo verticali, sed etiam angulum penes eclipticam, unde discretio parallaxeos potissimum dependet, quærendi, quando scilicet luna visibilis sensibili pene latitudine destituta, ut in solis deliquiis contingit.

Primo itaque pro distantia Lunæ à terra saltim capiatur distantia inter secundum & tertium limitem, quæ est 3 gr. 15 minut. semidiam. terræ. Deinde cum anomalia lunæ coæquata, &c. ut prius, semicirculo diminuta, atque residua dimidiata, quæruntur scrupula proportionalia è tabula (ut superius) nodorum ; quæ quum in differentiam 3 grad. 15 min. fuerint multiplicata, relinquunt partem proportionalem semper tertio limiti, ut puta 54 gr. 23 min. semid. addendum. Hinc cum emendatis semidiametris distantiae lunæ à terra, ut superius, quæritur ejus parallaxis in circulo altitudinis, cui etiam parallaxis solis detrahitur in eadem altitudine. Quoniam autem tabula parallaxum lunarium ad altitudines ab horizonte supputata est ; & heic solis altitudo saltim supponitur, si itaque quispiam scrupulofius, quam veteres, parallaxes lunæ eclipticas in circulo altitudinis enucleare velit, addat altitudini ipsius prius parallaxes ei in altitudine solis supposita convenientes, vel potius latitudinis ipsius εν πλάτε rationem habeat in eodem verticali, sic veram quoq; lunæ altitudinem ab horizonte consequetur, & deinde parallaxes in tabula ipsi præcise congruentes.

*Ratio inven-  
gandi altitudi-  
nem solis in De-  
liquio solari.*

*Lib. 2. Sphær.  
probl. 4. c. 1.*

Porro altitudinem solis ab horizonte, item angulum quem facit circulus verticalis cum ecliptica, unde & superius parallaxis reliqua lunæ in longum latumq; distribuitur, omnium compediosissime venaberis, si prius ex ascensione recta medii coeli, quæ beneficio temporis suppositi datur, punctum eclipticæ culminans quæsiveris una cum sua declinatione ; unde ut antea è data poli loci elevatione, item coniuncto loco luminarii duo latera trianguli sphærici resolvendi statim se produnt cū angulo comprehenso, quæ meridianus cū ecliptica facit in tabula do-  
ctrinæ

ctrinæ sphæricæ ad singulos gradus eclipticæ computatum. In resolutione itaq;  
dicti trianguli sphærici, cuius  $\Delta\delta\mu\epsilon\tau\alpha$  in solis gradibus ac scrupulis primis ubi  
que dari ac transfigi heic sufficiet, latus huic angulo oppositum erit complemen-  
tum altitudinis luminarium ab horizonte, & angulus qui latus in meridiano op-  
positum respicit, est, quem verticalis cum ecliptica designat. Vnde postea paral-  
laxis lunæ à sole penes circulum altitudinis in longum & latum, quoties opus fu-  
erit, dispescitur, & vero motui lunæ competenter accommodatur, ut visus habe-  
atur. Notandum autem, quod quanquam generale judicium de nonagesimo  
gradu eclipticæ inde capiatur, quod signa Zodiaci à  $\nu$  in  $\omega$  eundem ante trans-  
vectionem per meridianum postulent; post autem, reliqua Zodiaci medietas à  
 $\omega$  scilicet ad  $\nu$ : ex hujus tamen inventi anguli affectione certo cognoscitur, an  
luminaria in parte Eclipticæ Orientali fuerint, ubi parallaxis longitudinis pro  
sua quantitate semper verum motum phænomeni auget: an in parte à nonage-  
simo gradu occidentalı, ubi eadem parallaxis semper verum motum sua quanti-  
tate diminuit. Etenim modo ille inventus fuerit

Ante	{ meridiem	acutus	Luminaria	Obtusus	Luminaria
Post		obtusus	sunt in parte eclipticæ o- rientali	Acutus	sunt in parte eclipticæ occi- dentali.

Indicatio qua  
in parte seu  
quadrante eclipticæ  
luminaria  
fuerint, re-  
spectu nonage-  
simi gradus ab  
horizonte.

Hæc methodus in parallaxium enucleatione ac distributione mihi facilis vide-  
tur. Si quidam per alias duci malint, Rheinhodus, Kepplerus, & alii præsto sunt.  
Et quem non varietas interdum delectabit, quando plures viæ exstant in doctri-  
na sphærica ad duo ista, quæ desideramus, perveniendi? Demonstratio autem  
hujus, ut & praxis, exemplum infra de solis eclipsi comitabitur.

Hæc in genere de enucleatione & distributione parallaxeos lunæ à sole ad  
quodvis momentum in eclipsi solari. Nunc quæ speciatim in eadem exantlanda  
fuerint, breviter & ordine subnectemus.

## 1.

Quæratur ad tempus veræ synodi solis & lunæ parallaxis longitudinis lunæ à  
sole, quæ in tempus per motum horariorum lunæ conversa applicabitur temporis  
veræ conjunctionis subtrahendum, modo luminaria deprehensa fuerint in parte  
eclipticæ à nonagesimo gradu orientali: addendum alias in parte occidentali. Sic  
tempus apparet æstimatum mediae eclipseos emergit, quod plerumq; eo minus  
à vero discrepat, quo parallaxis longitudinis ultiro citroque minor fuerit.

Reductio veræ  
synodi ad ap-  
parentem  
ex modis.

## 2.

Vt autem motus lunæ apparet à sole ad intervallum veræ & apparentis syno-  
di haberi queat, investigetur rursus ad tempus æstimatum apparentis mediae e-  
clipseos parallaxis longitudinis lunæ à sole, quæ si priore minor fuerit, ut in qua-  
drante eclipticæ orientali, addatur parallaxi longitudinis lunæ prius inventa: si  
vero major, ut in parte eclipticæ occidentali, ab eadem prius inventa subtrah-  
atur, & relinquitur apparet motus longitudinis intervallo assumpto congruens.  
Castigetur itaque & præcisè reducatur æstimatum tempus visibilis conjunctio-  
nis ad medium ejusdem, quando intervallum temporis prius inventum, in paral-  
laxi longitudinis lunæ priorem multiplicatum fuerit, & summa in motum lunæ  
apparentem postmodum inventum, divisa. Exiguum enim est, quod interea in  
tempore ob parallaxeos ulteriore mutatiunculam variari queat. Oportet au-  
tem parallaxi longitudinis lunæ sub tempus apparentis synodi æqualem esse  
veræ distantia luminarium ab invicem, & vice versa, id quod temporis visibilis  
synodi recte constituti  $\delta\omega\mu\alpha\sigma\tau\alpha$  & regulæ instar esse debet.

Inquisitio ap-  
parentis motus  
lunæ inter ve-  
ram synodum  
& apparetum.

Reductio ex-  
actæ ad appa-  
rentem Syno-  
dum.

Demonstratio  
reductionis  
exactæ.

## Cc 3

## 3. Tempor-

*Visa latitudinis  
lunæ ad medium  
deliquii solis  
inquisitio è ta-  
bula cap. super-  
rioris ab que  
excessu.*

Tempori visibilis synodi rectissime constituto, atque (ut commodum videtur, antequam longius progradimur) æquato, quæritur tam latitudo lunæ in scrupulis ac secundis, per motum latitudinis ejus verum tempori apparentis synodi congruentem, quam parallaxis latitudinis lunæ à sole semper latitudini septentrionali lunæ subtrahenda, & meridionali addenda (nobis scilicet & omnibus, qui eclipticam infra verticem ad meridiem intuentur, reliquis autem modo contrario) & provenit visa latitudo lunæ ad medium eclipses apparet.

## 4.

*Cognitio qua-  
ntitatis deliquii  
solaris.*

*Motus æqualis  
lunæ à medio  
ad initium &  
finem.*

*Tempus æstima-  
tionis initii  
& finis eclipsit.*

Hæc visa lunæ latitudo confertur cum semidiametris luminarium correctis & aggregatis, unde per quartum præceptum superius, quantitas deliquii solaris quoque cognoscitur: per quintum autem elicetur motus lunæ à sole ad initium & finem æqualis (idem heic cum scrupulis incidentiæ & mediæ durationis) qui in tempus per verum motum horariorum lunæ resolutus, dat tempus initii & finis eclipsis æstimatum, postquam apparenti tempori ad medium hoc rite fuerit applicatum.

## 5.

*Cognitio tem-  
poris à medio  
ad initium &  
finem: item to-  
tius durationis  
eclipses solis.*

Porro ad utrumque, initium scilicet & finem, indagatur utraq; parallaxis lunæ à sole, tam longitudinis quam latitudinis, & servata latitudinis parallaxi, longitudinis vero in tempus per horarium motum conversa, eoque æstimato tempori recte (juxta ea scilicet, quæ supra in generali applicatione parallaxeos longitudinis ex affectione anguli unius inveniendi, cuius beneficio parallaxis in longum latumque dispescitur, oculis subjecimus) accommodato, cognoscitur tempus incidentiæ ab initio ad medium, & emersionis à medio ad finem, adeoque totius durationis, idque satis præcise, quod differentia parallaxeos longitudinis inter æstimatum & apparet principium ac finem tempori sic variando afferet.

## 6.

*Visa latitudo  
lunæ ad initium  
& finem in de-  
liquio solari  
quomodo pat-  
ter.*

*Brevia instru-  
ctio quomodo  
eclipses typice  
in charta sunt  
delineande.*

Denique ut visa latitudo lunæ compendiose ad initium & finem solaris deliquii patefiat, ingrediendum est in tabulam latitudinis lunæ superiorem ab initio cum motu medio latitudinis lunæ, temporibus scilicet à medio ad initium, & à medio ad finem, congruente (qui rectius heic, ut mihi videtur, quam vel motus longitudinis, vel scrupula incidentiæ adhibebitur, siquidem etiam inæqualitas heic incidens temporis mensura prope redimittur) & scrupula latitudinis absque excessu &c. inde extrahenda sunt, atque apparenti latitudini lunæ in media eclipsi rite applicanda, prout dispositio hujus juxta alterutrum nodorum fuerit, habita indidem ratione quoque differentiæ parallaxium latitudinis lunæ à sole, tam ad initium, quam finem ab eadem latitudine media apparet, quas ideo superius inventas in hunc usum servandas præcepimus, sicque etiam per utriusque differentiæ à media justam applicationem emergit latitudo lunæ visa ad initium & finem. Nec amplius quicquam restat præter delineationem communem eclipses utriusq; lunæ & solis. Heic autem postquam semidiametri correctæ, item latitudo lunæ cum sua denominatione borea aut austrina ad initium & finem eclipsis ex præmissis cognitæ fuerint, & communi mensura in scrupulis primis & horum usitatis particulis per lineam rectam ad unum gradum, vel quoad semidiametrorum aggregatum determinetur, extensæ, facile beneficio circini ac regulæ singula in chartam transferuntur, & sic eclipsis in uno quasi typo oculis subjicitur. Quæ res quum mechanica plane sit, ultimo loco infra exempla singula subjicienda commode ostendetur.

Exemplum in eclipsi Lunæ anni Salvatoris M. D C. XII. die  
4 mensis Maii, vesperi.

Præmissa computandi eclipses præcepta exemplis nunc illuſtranda sunt, & defectus in iis, si qui fuerit, supplendus. Etenim utrumque ab exemplis, quæ maxime tyrones in hac disciplina instruunt, recte & exspectabitur & præstabuntur. Exemplum autem obscurationis utriusque luminaris adducimus ab iis eclipsibus, quæ anno Domini 1612, mense Mayo, in utroque luminari acciderunt, & heic Hafniae à nobis diligentia, qua fieri potuit, sunt observatae. Prior Lunæ, cuius medium juxta Ephemeridas clarissimi viri D. Davidis Origani, & restitutos in iis motus luminarium contigisset ad nostrum meridianum die 4 Maji, vesperi h. 10 m. 26, tempore medio. Plenilunium autem hoc eclipticum futurum verus motus latitudinis Lunæ in eo satis arguit caudæ Draconis approximans, nec octo integris gradibus ab ea distans.

Ad hoc itaque tempus è tabulis  
superioribus inventi sunt hi motus,

I.

	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
Anomalia æquinoctiorum	6	17	45	6
Æquatio æquinoct. adden.			8	20
Medius motus Solis	I	22	45	59
Anomalia Solis	10	16	59	0
Prosthaphæresis Solis add.		I	21	35
Longitudo Lunæ à Sole	5	26	27	30
Anomalia Lunæ	8	18	16	14
Motus Latitudinis Lunæ	5	17	16	51
Prosthaphæresis ecliptica Lunæ add.		4	53	51
Differentia prosthaph. Solis & Lunæ	3	32	16	
Quæ cum addita fuerit long. Lunæ à Sole efficitur illa	5	29	59	46
Distat itaque Luna à vero plenilunio juxta calculum nostrum, & tempus suppositum saltim			0	14
Pro motu horario Lunæ ante & post plenilu- nium hoc eclipticum. Ad anom. Lunæ	8	18 &c.		
Differentia prosthaphær. pro uno gradu	Infra supra		0	59
hæc quando multiplicatur sigillatim in anomal.			0	48
		49	10	

partesque proportionales adjectæ fuerint motui horario Lunæ quasi medio 31 min. 13 sec. provenit motus verus horarius Lunæ à Sole proxime ante mediam eclipsin 32 min. 1 sec. sed proxime post 31 min. 52 sec. exigua heic interveniente differentia.

Quoniam autem differentiam superius in motu Lunæ supposito tempori conuenientem, à vera oppositione luminarium invenimus 0 m. 14 sec. proinde hæc per motum horariorum 32 m. 1 sec. divisa ostendit in tempore defuisse 26 sec. Vera itaque oppositio luminarium juxta nostram restitutionem facta est h. 10 m. 26½ die 4 Maji, cui respondet ex superioribus ab æquinoctio

II.

	Gr.	Mi.	Sec.
verus motus Solis	24	16	
verus motus Lunæ	14	16	ferè

C c 4

Anoma-

		Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
	Anomalia Lunæ coæquata	8	23	12	
	Latitudinis motus verus	5	22	12	
		Lunæ		16	34
IV.	Ex hisce constant semidiametri correctæ	Vmbre varia-			
		tione exempta	44	48	
	Item latitudo vera Lunæ		40	56	Sept.
	Ergo aggregatum semidiam. Lunæ & umbræ		61	22	
	Differentia à latitudine		20	26	
	Cæterum si addantur latitudini Lunæ 2 min. 16 sec. ob aerem crassiorem hoc in loco ( quod heic commodissimum fit ante delineationem eclipseos se- quentem ) erit differentia ab aggregatis semidiametrorum 18 mi. 10 sec. quæ est pars revera heic deficiens, cui respondent digitii ecliptici 6 gr. 35 mi.				
V.	Porro quia hæc lunæ eclipsis particularis deprehenditur solum pro dimidiæ moræ notitia, cura erit, ergo resoluta latitudo Lunæ vera nempe 40 mi. 56 sec. in scrupula secunda sunt illa				
	Resolutum aggregatum semid. Lunæ { 2456 } Quibus respon- { 6031936 & umbræ, nempe 61 min. 22 sec. sunt { 3822 } det quadrat. { 13557124 }				
	Differentia		7525188		
	Hujus radix in secundis minutis est		2743		
	Igitur reducta sunt		Mi. Sec.		
	Idem tabula Prutenica exhibit compendiosius correctis corrigendis pro scru- pulis appensis, sed dum ratio auctæ superius latitudinis a habetur, fuit quasi m. 45 $\frac{1}{2}$ .		45	43	
	Hic autem motus Lunæ à medio ad initium, vel finem		45	30	
	In tempus per horarium motum conversus { Initium h. 1 m. 25 f. 16. dat tempus incidentiæ à medio ad		finem	h. 1 m. 25 f. 40.	
	Tota itaque duratio eclipseos est h. 2 50 56		Mi. Sec.		
VII.	Ex tempore autem veræ oppositionis præmisso & æquatione temporis 9 $\frac{1}{2}$ mi. addenda, cognoscitur tempus apparenſ medii deliquii Lunæ in nostro horizonte fuisse, h. 10. m. 38 $\frac{1}{2}$ . Vnde initium colligitur h. 9. 13 $\frac{1}{2}$ mi. & finis h. 12. 4 $\frac{1}{2}$ mi.				
VI.	Denique quum subtrahantur 49 $\frac{1}{2}$ mi. nempe motus incidentiæ inventus, cum aggregato motus nodorum à vero latitudinis motu veræ oppositioni congruen- te ad initium, & totidem addantur ad finem, provenit				
	Verus motus latitudinis Lunæ ad	Initium	5	21	23 4
		Finem	5	23	1 28
	Quibus respondet ipsa latitudo Lunæ ad	Initium	{ 44	39	
		Finem	{ 36	12	Sept.
		Mi. Sec.			
		Typus			

Vide tab. Prut.  
fol. 125 O.  
scqg.

## Typus eclipseos Lune.

Hujus lunaris deliquii initium & maximum vi-  
gorem tantum heic nobis  
observare licuit; quippe  
sub cœlo tunc obscuriore:  
initium quidem Basili-  
lisco altitudinem ab hori-  
zonte in occasura cœli  
plaga habente 35 grad.  
52 min. Vnde tempus eli-  
citur h. 9. min. 14. Si au-  
tem paulo ante, ut verifi-  
mille est, obscurationem  
hanc ingruisse ratiocina-  
bimur, nulla differentia  
obscurationi atque calcu-  
lo interveniet.

Porro quando spicæ  $\pi\pi$  in eadem cœli parte altitudinem deprehendimus 23 grad. 57 min. & tempus heic  $\epsilon \nu \pi \lambda \alpha \tau \delta$  h. 10 $\frac{1}{2}$  (quod parum admodum à medio computato deficit) erant de luna obscurati  $6\frac{1}{2}$ , nec amplius, digiti.

Has in hac eclipsi ex observatorio nostro considerationes, quartus habui; unde liquet eandem apprime restitutioni nostræ convenisse.

Exemplum in eclipsi solis quæ ejusdem anni & mensis die 20  
ante meridiem apparuit.


Medium hujus synodi eclipticæ veræ secundum ephemeridas D. Davidis  
Organi ad nostrum meridianum reductum fuit die 19 Maii, h. 23 m. 15.

Ad quod  $\delta \omega \mu \mu \sigma \alpha \tau \alpha s$  ergo hi motus colliguntur.

Sig. Gr. Mi. Sec.

Anomalia æquinoctiorum	6	17	45	21
Æquatio respond. add.			8	22
Medius motus solis à medio æquin.	2	8	4	39
Anomalia solis	11	2	17	37
Prosthaphæresis solis add.			55	29
Medius motus lunæ à sole	6	5	49	47
Anomalia lunæ	3	11	13	31
Motus latitudinis lunæ	6	12	47	10
Prosthaph. lunæ ecliptica subt.	4	54	18	
Aggregatum prosthaphæresium	5	49	47	
Excessus lunæ motus supra medium con- junctionem cum sole	5	49	47	
Ergo tempus suppositum præcise heic convenit ad veram conjunctionem.				
Colligitur autem verus locus luminarium à vero æquinoctio ex hisce in 9 gr. 8 $\frac{1}{2}$ II.				

I. Pro




## I. Pro parallaxi longitudinis lunæ a sole sub vera synodo

	Gr.	Min.
Ascensio recta solis	67	27
Tempus ante merid. 45. M.)	11	15 Subt.
	Gr.	Min.
Ergo ascensio recta M. C.	56	12
Respondet punctum culminans	28	27 8
Hujus declinatio est	19	53 B.

Elevatio poli 55 gr. 43 min. a qua subducta declinatione relinquitur latus in meridiano 34 gr. 16 min. Item distantia luminarium a M. C. in ecliptica 2 gr. 48 min. Denique angulus intersectionis meridiani & eclipticæ 80 gr. 7 min.

In triangulo itaque sphærico apposito A B C ex διδομένοις



Inveniuntur	A B	35	50	Gr. Mi.	a Zenit.
	B C	10	42	distantia	in Merid.
	A B C	77	10	Luminaria	culminans
				M. C.	
					angulus intersect.

Gr. Mi. compl. altitud. Solis

A C 34. 50  
A C B 87. 45 Angulus parallaxeos, qui  
quum reperiatur acutus, nondum luminaria transvecta sunt 90 gra-  
dum eclipticæ; angulus itaque longitudinis est 2 gr 15 min. cui re-  
spondent ex tabula scrupula proportionalia longitudinis 2 min.  
21 sec.

Distantia autem lunæ à terra in semidiametris colligitur 55 gr. 34 min. semid. Ergo parallaxis lunæ in circulo altitudinis 56 gr. ex tabula repe-  
ritur 35 min. 8 sec. nam veram altitudinem lunæ hanc quam proxime fuisse, ex  
latitudine ejus ad solis altitudinem adjicienda, ratiocinamur. Item solis paral-  
laxis in altitudine 1 min. 29 sec. Et differentia quæ est parallaxis lunæ a sole in  
circulo altitudinis 33 min. 39 sec. Ex his juxta scrupula proportionalia elicitor  
parallaxis longitudinis lunæ a sole 1 mi. 19 sec.

Motus lunæ horarius verus proxime ante & post synodum est 31 min. 55 sec.

Parallaxi longitudinis 1 min. 19 sec. divisa per motum horariorum lunæ prove-  
nit tempus inter veram & visam synodum 2 min. 8 sec. subtrahendum, & habe-  
tur æstimatum apparentis conjunctionis H. 11. M. 13. S. 52.

Quoniam autem parallaxis longitudinis lunæ a sole tantillo interstitio tem-  
poris insensibiliter hic variatur, si itaque addatur æquatio temporis 6 min. 50  
sec. loco solis conveniens, colligitur tempus apprensens apparentis synodi die 20  
Maii H. 11. M. 20½ ante meridiem proxime.

Angulus latitudinis ad veram conjunctionem antea ex complemento longi-  
tudinis inventus est 87 min. 45 sec. qui & ipse exinde ob brevitatem scilicet in-  
tervalli veræ & visibilis synodi in hoc exemplo invariabilis fere extiterat: cui  
ergo respondent scrupula proportionalia 59 min. 56 sec. & ideo parallaxis  
latitudinis lunæ a sole invenitur ad visibilem conjunctionem 33 min.  
36 sec.

Hæc autem a latitudine lunæ vera, nempe 40 min. 50 sec. subducta relinquit  
latitudinem lunæ visam quæsitam ad visibilem conjunctionem 7 min.  
14 sec. B.

Semi-

	Min.	Sec.
Semidiameter solis	15	4
Correcta semidiameter lunæ hoc in loco	13	13
Ergo aggregatum semidiametrorum	28	17
Latitudo lunæ visa	7	14
Differentia quæ est pars deficiens solis ad Septentrionem	21	3
Et in digitis eclipticis		8 Part. 23 Min.

Porro è summa semidiametrorum luminarium & latitudine visa lunæ dantur scrupula incidentiæ 27 min. 10 sec. & ideo tempus æstimatum à media copula visibili ad initium vel finem 51 min. 0 sec.

*Per tabulam  
Prut. pag. 124.  
C' seqq.*

	Min.
Ergo æstimatum { initium	H. 10 39 $\frac{1}{3}$
finis	H. 12 11 $\frac{2}{3}$

	Min.	Sec.
Datur autem juxta modum præscri- { initium	long. 9	17 Add.
ptum parallaxis lunæ à sole ad { finem	latit. 37	22
	long. 5	6 Subt.
	latit. 32	36

Quandoquidem parallaxis longitudinis ad initium & finem in hac eclipsi detrahunt motui vero lunæ ab initio ad medium 7 min. 58 sec. quæ sunt subductione parallaxeos medii à parall. initii (cum utrumque acciderit luminaribus in orientali eclipticæ parte existentibus) & à medio ad finem 6 m. 25 sec. additione parallaxeos medii ad finalem; idcirco hoc modo tempora à medio ad initium, & à medio ad finem recte inquiruntur, quando parallaxis longitudinis singularium intervallorum per horarium motum lunæ verum, nempe 31 mi. 55 sec. fuerit divisa, tempusque singulis vicibus emergens applicatum temporis incidentiæ seu 51 min. 0 sec. per advectionem: sic enim invenio à medio ad principium H. 1. 5 m. 58 sec. quod verum tempus incidentiæ vocatur, item à medio ad finem 1 H. 3 min. 4 sec. quod tempus emersionis appellatur. Hæc autem tempora recte medio æquato applicato (videlicet H. 11. 20 min. 40 sec.) relinquunt principium hujus eclipseos H. 10. M. 14 $\frac{1}{3}$  & finem H. 12. M. 23 $\frac{2}{3}$ . Denique ut latitudo apparetur ad initium eclipseos respondet mediūs motus latitudinis

	Min.	Sec.
lunæ temporis apparenti à medio ad { initium	36	22
finem	34	44

Hinc è tabula latitudinis lunæ & quidem ejus principio ab aliquo nodorum competens latitudo lunæ in scrupulis ad utrumque terminum queritur, quod fit multiplicando motum adjectum latitudinis per 5 m. 13 sec. quæ est differentia unius grad. in tabula, &c.

	Min.	Sec.
Sicq; emerget ipsius latit. mutatio à media apparente ad { initium	3	10 Subt.
finem	3	3 Add.


siquidem visibilis synodus facta est, luna evecta ultra caput draconis in consequentia signorum, ut è motu latitudinis vero ad medium deliquii percipere licet.

Denique ut visibilis latitudo lunæ ad initium & finem præcise habeatur, mutatio quoque parallaxeos latitudinis lunæ initii & finis à visibili media habenda est, quæ scrupulis latitudinis superioribus ad initium addit 3 min. 46 sec. Ergo mutatio latitudinis visæ à medio ad principium est 6 min. 56 sec. subt. & latitudo lunæ visa ad initium saltim 0 mi. 18 sec. B. similiter de latitudine visa lunæ ad finem ratiocinando provenit illa 11 m. 15 sec. B. Haec tenus calculus. sequitur deliacatio hujus solis eclipseos.

## Typus eclipses solis.

Septent.

8 16 24 32



Hujus deliquii solaris præcipua momenta ac phases octavus ex observatorio nostro diligentissime observabam, sub coelo satis, toto tempore durationis, sereno.

Deprehendimus autem initium visibile, sole ab horizonte elevato, paulo ultra 51 gr. in quadrato geometrico magno. Vnde tempus deductum satis cum initio è calculo superiore nostro convenit. At finis paulo ex observatione erat productior. Quod incertitudini tempora prope meridiem ex altitudine solis cognoscendi tribuendum est; cuius causam in sphærica doctrina reliqui.

2. Sph. cap. 5.

Maximam autem obscurationem solis, quæ sub horam undecimam cum di-midia heic fere ingruebat, omnes nos diligentissime contemplantes tam oculari per chartam intuitu & unanihi inde consensu, quam spicillo novo, quod discrete satis in tabellam radios corporis solis transmittit ad summum 8 digit. visu deprehendimus; quum tamen calculus Copernicæus eandem hoc in loco supponat quasi  $9\frac{1}{2}$  dig. Præterea, quod dignum relatu est, relucens pars solis in medio eclipses vigore falcata admodum utrinque nobis omnibus heic cernebatur, ad eum modum, quo eandem in typo vides; adeo ut tam ex hac, quam aliis solaribus eclipsibus, in hisce locis conspectis, facile liqueat, visibile lunare corpus in novilunio ecliptico, ob aeris apud nos densioris constitutionem, sensibiliter sat, ad eum modum, quem supra præscripsi, attenuari seu diminui. Quod heic quoque optima fide retulisse sufficiet.

De quaternario eclipsium in utroque luminari numero quotannis, vel præter propter, ab initio mundi per diversos tractus & regiones universæ telluris contingentium, παράδοξον adversus vulgi opinionem ἀποδεικνύει.

Libro huic primo Theoricorum cursibus revolutionis prime atque luminarium nunc tandem per Dei gratiam restitutis, antequam finē imponerem, duo coronidis loco subjungere placuit: Alterum de anniversario pene eclipsium numero inde usq; à mundi exordio continuato: alterum de maculis in corpore lunari sese visui nostro ingerentibus, & usu, cui istæ inserviet.

## I. De anniversario numero eclipsium.

Prius et si è præmissa eclipsium doctrina facile intelligentes & eliciunt & cognoscunt: difficulter tamen idem vulgo persuadebis, in primis quibusdam è sacro loco preconibus, qui indu-

qui industria humanam sub hac postrema mundi secula circa eclipsum anniversarium con-signationem, quae Ephemeridibus quorundam inscribuntur, in miracula seu signa detorquent, extreum diem præcessura, prout illa à prophetis & ipso salvatore nostro prædicta sunt.

Ioe 3. v. 15.

Matth. 24.

v. 29.

Lucæ 21. v.

Quanquam autem non inficiat, quin defectus luminarum, sicut rerum aliarum multarum in cælo & terra sive mutatio, sive interitus, mundi consummationis generale indicium omni tempore præ se ferant; quod superius ex Plinio adduximus, eleganter mortali conditio-ni microcosmi accommodatum, dum inquit: Quis statos fiderum labores cernens non suæ necessitati mortalis genitus ignoscat? tamen eclipses solis & lune, quae juxta na-ture cursum necessario contingunt, eas in luminaribus obscurationes esse, de quibus sacro-sancta scriptura loquitur, vix quisquam harum rerum intelligens facile crediderit. Sed de illis alterius loci erit disquirere: nunc autem heic ostendendum est, quemadmodum haud plures luminarum defectus hisce ultimis mundi seculis (contra ac isti volunt) circa universam terram appareant, quam mox à mundi primordio cœperunt, per singulas pene revolutiones solis continuari: nam anniversarias ejusmodi eclipses in utroque luminari paullo supra me-moratas in quaternarium numerum vere desinere sequente demonstratione facile docebimus.

Posito in sphæra A polo, de-scribatur ecliptica C D E F: Polo autem B circulus lunaris C G E H; erit itaq. in C caput & E cauda draconis, penes quas intersectiones orbitæ lune cum ecliptica solum eclipses luminarum naturales fieri supra ostendimus. Dum autem medianam elongationem luminarum à terra heic ubique supponamus, maximus terminus eclipticus lune haud ultra 12 gr. ab aliquo nodorum se ex-tendit: neque solis ultra 6 $\frac{1}{2}$  grad. ut satis in premesso diagrammate hec omnia circa nodos expreß-mus.

In luna itaque cum terminus ipsius (ob duplum ecliptice ab orbita luna intersectionem) quadrupletur, fiunt 48 gr. qui serventur. Deinde quandoquidem annus tropicus juxta nostram restitutionem 365 d. 5 h. 48 m. 55 sec. cursum lune medium a sole annum ultra 12 synodicas revolutiones exhibeat 4 sig. 12 gr. 35 m. quibus quoque adduntur nodorum annua in antecedentia regressio 19 gr. 20 min. Igitur tota redundantia annua in cursu luna a sole colligitur 5 sig. 1 gr. 55 min. ultra 12 synodos seu luminarum sub zodiaco congressus. Quare ex hisce didomiōis dum per sexagenas &c. logisticē & compendiose primum in luna hec ad propositum nostrum exputemus, erit ut 12 semirevolutiones, id est


Sexag. 1	Sex. 2	Sex. 1	gr.	Mi.	gr.	○	Mi.	Sec.
36	ad	1.	14.	31.	55.	Sie 48.	ad (1.	39. 23.

Vnde eclipses anniversarie in luna juxta ejusdem atque nodorum medios cursus ad  $1\frac{1}{2}$  ob-scurationis vices vix dūm se, ut vides, extendunt.

Similiter in sole, quia terminus hujus deliquii antea constitutus fuit  $6\frac{1}{2}$  gr. ut appareat in diagrammate penes  $\frac{1}{2}$  per arcum C R, cui parallaxis lune a sole in latitudine circa horizontem pene 58 m. 40 sec. addit, per arcum R S, 11 gr. 20 sec. dum semper ali-cubi terrarum in prima revolutione polus eclipticæ alteruter etiam verticem loci perstringat, atque talem parallaxin latitudinis lune a sole in utriusque mediocri distantia a terra saltim

D d

relin-



relinquat. Terminus itaq; Solaris eclipses in universum censembitur  $17\frac{1}{2}$  gr. qui & ipse quater in se ductus (quando etiam penes utrumq; nodorum eclipses Solares fiant) exurgunt i sex. 10 gr. Pro numero itaque deliquiorum Solarium anniversario, proportio sic stabit, ut

Sex. 1.	Sex. 2.	Sex. 1. gr.	mi.	Sex. 1. gr.	o.	Mi.	Sec.
36.	ad	i.		14.	31.	55.	sic
						10	ad (2. 24. 55.)

Ergo & hic numerus eclipsium Solarium etiam paululum infra  $2\frac{1}{2}$  relinquitur. Complicatus autem in utroque Luminari annuae conversioni respondens, quaternarium excedit quasi  $\frac{1}{4}$  quod exiguum est, & causis supra de eclipsum extenuatione ob aeris in locis quibusdam crassitatem merito relinquendum.

Hec saltim ratione mediorum luminarium cursuum, &c. de eclipsum anniversario numero sunt demonstrata; dum autem ad veros eorundem motus & reliquas temporis circumstantias respiciamus, bene fieri potest, quod eclipses hoc posito numero aut plures aut pauciores, annis quibusdam, alternis scilicet, aut circiter contingant; quin etiam nulla in hisce nonnullis obscuratio, precipue Lunæ; verum ita tamen ut circa octennii aut novennii revolutionem, intra quam scilicet apogæum Lunæ punctum periodum suam sub zodiaco absolvit, hic status quaternarius numerus eclipsium, quem è mediis motibus eliciimus, quasi necessario in orbem redeat, quod satis ex ephemeridibus, in primis clarissimi D. Origani, qui studiosa & laboriosa admodum industria omnia fere delicia utriusque luminaris circa universæ telluris globum apparitura annuatim, dum ephemerides ipsius durant, exputaverat atque descripsérat, cuius veritatem amanti obvium est cognoscere.

Concludimus itaque breviter ex hisce paritatem numeri eclipsium omni seculo eximie, ut & reliqua naturalia, sapientissimi creatoris ordinatione & conservatione viguisse, quamvis

De miraculo vulgo ignotam, quod nihil mirum est, siquidem ipsum antiquorum vetustas, atque recentium Solis deliquio tempore passio industriæ, sibi certe heic opposita, in errorem de pluralitate eclipsium sub ultimum mundi dominij heic seculum, traxerunt; quem si quis imitabitur, sciet se oracula Christi in Euangelio non heic nihil disputo.

veraciter interpretari, circumstantiis scilicet ipsorum & interiore intellectu non satis recte estimatis. Id quod D. Tycho Brahe quoque uberioribus verbis in progymnasmate suo exposuit. Quod autem ibidem sex eclipsationes in Sole & Luna quotannis fieri legantur, video Lib. 1. Prog. id antiquæ Ptolemaicæ suppositioni, & quidem extrema in ea terminorum eclipticorum extensioni, que nec vera, nec ut nostra, universalis est, inniti; quod tamen Tychonis intentioni eo in loco nihil plane detrahit, parem scilicet eclipsium naturalium continuationem à primo rerum exordio ad finem nobiscum afferentis. Quod quidem saltim adversus eos, quos etiam ignorantia harum rerum quodammodo excusat, demonstrasse oportuit.

## I I.

### De maculis in Luna, & ipsarum usu.

In hac materia excutienda ita versabimur, ut primo inductionem ad causas macularum in Luna ostendendas breviter præmittamus. Hinc epilogismum subnectemus, quo sub certa poli elevatione locique longitudine mediocriter cognitis, ostenditur tempus seu momentum in singulis revolutionibus diurnis, quo Luna juxta nonagesimum eclipticæ gradum ab ortu occasuve versabitur; unde de visibili dispositione cornuum atque macularum, seu totius faciei Lune cum finitore loci judicabitur.

Postremo usum addemus, quem mortalibus, & in primis vastissimum Oceanum pererrantibus, res hec præstabit, ut nimirum loci sui longitudinem, ejus beneficio &que atque eclipsium, rite consequantur, postquam nunc Lunæ ac stellarum canones ita sint restaurati, ut si tui cursusque cœlesti satis ad amissim conformes inveniantur.

Lunam corpus sua natura atque essentia minime tralucidum, sed opacum esse, plura simul probant, inter qua hec præcipue occurunt.

Primum disparatio Lunæ in conjunctione cum Sole, adeo ut nulla ipsius in cælo vestigia lucida remaneant. Quo quidem simili, nostri seculi poeta Christianus eleganter suaviterque in immortalitatem piorum defunctorum lusit, dum sic cecinit,

Luna

Luna velut fratri proprius conjuncta , perisse  
Stultis videtur funditus ;  
Quæ tamen admoti spectat qua lumina Solis ,  
Longe resulget clarior.  
Sic periisse putant vulgo qui morte videntur ,  
Absit periisse dixerim .  
Ipso qui potius Christo propiore potiti ,  
Quod quæsiverunt obtinent.

Secundum eclipsis solaris , cuius visibili sua oppositione luna effectrix est , idem ad oculum exhibit , dum à luna in coni modum umbra deorsum projiciatur : quæ quidem umbra nulli corpori per se vel superficietenus , saltim lucido contingit . Quod autem luna lucula quadam in totali eclipsi sua predicta esse videatur , qua potius , quam solari , ( in qua etiam lumen quandoque , ut in deliquio solis anni 1605 die 23 Sept. hic observato , facie nigricante conspexitus ) umbram terrestrem penetrans oculis sese quodammodo conspicendam exhibeat , velut quoque in distantia solis proxima , qua vesperi primum à coitu , & mane proxima rursus ad ipsum visibili applicatione , integrum suam faciem uno globo contentam cælo sublucido luna nobis ostentet , id minime luci sive nativæ tribuendum est ; sed partim solis radiis cū ibid. p. 254q etiamnum supra horizonta in illa suprema regione quadantenus durantibus ; partim etiam reliquorum astrorum effuso lumini , cui pariter recipiendo luna instar speculi comparata est . Nec quenquam offendet , quod in scriptura luna & luminare minus vocetur , & alibi in ea- Gen. 1. v. 16.  
dem cum sole ac stellis quoad diversum decorum conferatur ; siquidem scriptura , ut in confessio 1 Cor. 15. v. 48.  
est , ad apparentiam velut captum nostrum potissimum sese accommodat , id quod centenis aliis locis manifestum frat . Luna itaque , quam inter duo luminaria , minus scriptura nuncupat , non in se suaque natura , sed solius apparentiae ratione atque proportione , ut puta telluri omnium vicinissima , talis est , quem minima quævis stella inter eas , quæ affixa dicuntur , hanc aliquoties magnitudine supereret .

Et quid queso in mysterii interpretatione , ubi sol , Deo justitiae , sive Christo , luna vero Iohann. cap. 14. ecclesiæ huic subjecte ad similitudinem , simile aliud magis potest reperiri , quam ut hæc , ab ipso omnem hominem in mundum venientem illuminante , ita luna à sole luminis sui vim atque potestatem totam obtineat ? Qui vero luculam quandam in homine relictam afferunt unde quoque absque Christi spiritu ac totali illuminatione bona ad vitam operari valeant , hi testimoniis sacri codicis repugnando , in heresin synergistarum & similium incident infelicissime .


Proinde quem ex allatis colligamus lunam propria luce carentem omnem à sole fænerare , ( ut verbis Plinii utar ) quam varia face ac facie pro certa dispositione cum hoc atque tellure ostendit : Siquidem in ea crescentis decrescentisque collimitum cernimus , dum

Nascitur emoriens , moritur modo , nata pererrat

Omnia , bis senos vultus sibi sumit in anno .

Quid igitur impedit ipsam lunam corpus per se opacum esse , in superficie vero radiis solis collustrari , quando recte fortasse cum Galileo Florentino , ab ea , quæ terra circumdatur per ista- Galileus in nra sei ratiocinando , similem vel spissiorem , circa lunam statuamus , eo inquam spissorem , quo si- cioso siderio . dus lunare humiditate copiosiore praetelluris globo magis abundare sentitur , & quasi cernitur .

Lunam itaque cum veteribus terram ætheream afferere , quemadmodum nihil prohibet , ita neque evaporatam ex inclusis humoribus peristasin ei tribuere , quam radii solares ab ea parte , quæ incident , eximie collustrant . Similem absque dubio de nostre habitationis globo historiam , ex apparentia Menippus lunaris referret , nobisque communicaret , modo fido Mercurio non destitueretur internuncio . Vides itaque demonstrante Galileo causam esse penes vi- sus nostri , in circumstantes lunare corpus vapores , incidentiam liberam & minime impedi- tam , cur limbus ejus visibilis maculis undiquaque liberatus sit , quibus tamen reliqua facies precipue orientalis atque suprema pene in orbis modum scatet , quod illic in scabros , terreisq; similes campos , visus reflectatur , qui lumen solare altius quam superficie tenus ad obtutum non imbibunt . His namque potius quam aqueis in luna partibus maculas quæ in ea visuntur cum præstantissimo Kepplerio adversus Plutarchum attribui posse censeo .



*Macule in luna quid.* Proinde macule istae interpolate in Luna, que circa plenilunium in ea potissimum & quidem commodissime beneficio tubi visorii vulgaris cernuntur, nihil aliud sunt, quam transparitio solidiorum sicciorumque partium compaginis lunaris per circumfusum vaporum, circa eandem, ambitum, quem peristasin antea nominavimus à radiis solaribus illuminatam. Neque enim, ut quidam volunt, hujusmodi macule à forma telluris resultare possunt, quam luna velut speculum in se recipere. Si enim à tali adventitia impressione istae formarentur, certe diversas in varia dispositione lunæ apud ortum occasumve, & insuper in variis horizontibus obtutu nostro se se ingererent, cujus tamen contrarium fideles animadversiones nos hactenus edocuerunt, adeo ut dictæ macule ad lineam à polo ecliptice per centrum lunæ ductam constantem dispositionem obtineant; quo etiam ostenditur, lunam super centro suo inconversibilem esse, ut in praesenti schemate videre licet. Vbi super A polo horizon, sed super B ecliptica, seu orbis lunæ descriptus est. Cui eandem lunæ faciem trifariam adfigimus, prout in maculis suis uniformibus appetat, & à nobis aliquoties & quidem diversis anni temporibus spicillo communi, quod ante annos octo à Belgis inventum creditur, diligenter est observata.

Talibus autem observationibus nostris semper advertimus, quod ducto arcu à B polo eclipticæ per centrum lunæ, eadem perpetuo macularum dispositio maneat; ab A vero vertice inclinationem utriusque, maximam vero juxta ortum & occasum eclipticæ videri, donec B per A in unam lineam C transiens lunam nonagesimo gradui suo indicio sistat, quando videlicet linea recta à vertice A per centrum lunæ C in horizontem demissa, aut cornua individua utrumque tangat, aut maculas, in modum, quo heic conspiciuntur, recta illa discriminat, ut ob id angulus in sphera ABD, vel ABE, qui in lunæ declinatione cernitur, differentiam hujus à dicto nonagesimo gradu metiat.

Ceterum

Ceterum ut præterea tyronibus Astronomia satis constet, quo tempore luna è calculatione sub data poli elevatione, & etiam loci longitudine ad dictum nonagesimum gradum ecliptice ab ortu, in singulis diurnis revolutionibus pervenire cognoscatur, rationem unam inter varias, quæ è doctrina sphærica elici possunt, brevissima preceptione hoc loco, quod promisi, subjungam.

Ad meridiem diei illius, quo postea quis tempus transitus lunæ per nonagesimum ecliptice gradum cognoscere desiderat, ante omnia motus solis atque lunæ restituti, scilicet aut ex Ephemeridibus Davidis Origani, aut secundum premissam hoc libro restitutionem condens, exscribantur, & ad longitudinem loci quodammodo redigantur.

Deinde è tabula domorum sub competentis loci elevatione exscribatur tempus à meridie loco solis conveniens sub titulo 10 domus querendo, sed lunæ loco prius 90 gradus, seu 3 signa addantur, hinc eodem modo sub titulo prima domus tempus aggregato motui lunæ congruens exponatur.

Postea subtrahentur tempora ista ab invicem, nempe solis à lunæ, & pro residuo quarendus est motus diurnus proportionalis lunæ à sole, beneficio motus diurni utriusque in ephemeridibus sece offerentis, qui adjicietur motui lunæ residuo prius posito, rursusque tempus huic conveniens extrahetur; à quo, solis motui quod prius adsignabatur, ultimo subductum, relinquit in residuo tempus quæsumum transitus lunæ per nonagesimum ecliptice gradum. Atque hac via brevissima & expeditissima est, quam nunc exemplificabimus.

Anno currente 1617, die 4 Octobris, quo die plenilunium existit, cognoscere cupio qua hora atque minuto luna nonagesimum ecliptice gradum in diurna ab ortu revolutione scandit; idque in horizonte nostro Hafniensi, ubi polus elevatur 55 gr. 43 min.

Ad meridiem ejusdem diei motus luminarium ex Ephemeridibus D. Origani reducti inveniuntur

	Gr.	Min.					
Solis	22	6					
Lunæ	20	20	Hisce respon-	10	Domi-	H.	M.
Cui additis 3 signis,			det tempus è		cilio	13	18
Provenit ascendens in	20	20		Prima		H.	M.
				Domo	23		1
Differentia					9	43	

Huic differentiæ de motu diurno lunæ à sole, nempe 14 gr. 14 min. respondent 5 gr. 46 sec. Qui motus ubi residuo lunæ prius posito adjectus fuerit, conflatur illud 3 sig. 26 gr. 6 min. seu 26 gr. 6 min. 20, cui postremo è prima domo sub elevatione 56 gr. tempus concurrat 23 h. 34 m. A quo rursus, tempore solis ablato, prodit residuum 10 h. 16 min. Eo itaque die 10 h. 16 min. post meridiem luna ad nonagesimum gradum ecliptice ab ortu in nostro horizonte pervenit; quod fuit ostendendum.

Notandum autem, quod quando tempus motui solis conveniens in pluribus horis, quam luna adpareat, tunc 24 h. seu integra cœli revolutio, tempori motui hujus congruenti adjicienda sit, ut subtractione fiat, quemadmodum vulgariter cognitum est.

Reperto hoc modo tempore, quo luna nonagesimum gradum quibusvis diebus concendi set, ad faciem illius macularumque in ea dispositionem Opticum illud prénominatum nostrum multoties applicui, idque & diversis anni temporibus, & diverso Lunæ aliæ supra horizontem situ, ubi semper & eodem macularum vultu indutam deprehendi, & insuper ipsarum circa nonagesimum gradum præstensam erectionem ac dispositionem. Quod quoque cornibus lunæ eo in loco accidere, angulus illuminationis ipsius à sole per eundem eclipticæ scilicet ductum, demonstrative convincit. Quum autem arcus circuli maximæ à polo eclipticæ per verticem loci ductus, atque in horizontem descendens eclipticam in puncto gradus nonagesimi ab ortu, vel occasu, tangat; efficitur semper, ut dictus arcus seu linea extremitates cornuum lunarium perstringat, sicubi ipsa luna eo in loco moretur. Nec quicquam est

sensibile fere quod cornua luna ab hac linea dicta deflestant, quando abscessus ejus in latitudinem fiat, præcipue in longiore solis ac lune distantia. Interim autem variatio maxima hec contingit; Luna à nodo alterutro per semiquadrantem, aut paulo ulterius progressa, ubi latitudo ejus quasi 4 gr. fuerit.

Atque hactenus de indiciis, quibus luna mora circa nonagesimum eclipticæ gradum omni in loco è cornuum macularumque erecta dispositione cognoscitur: nunc porro ad utilitatem, quam res hæc circa longitudinis loci incognitæ inquisitionem habitura est, descendamus. Ea autem est longitudinis loci incogniti per motum lune secundum longitudinem ibidem observatum inquisitio. quum enim Luna inter omnes Planetas motum periodicum celerrimum obtineat, adeo quidem ut singulis diebus 13 $\frac{1}{2}$  gr. preter propter absolvat, proinde proportione solius longitudinis lune observatae in dissitis praesertim telluris locis, nempe ad ortum vel occasum ab invicem potissimum vergentibus (quamvis hæc pragmatia locis omnibus, dummodo sub diversis meridianis sita fuerint, congruat) differentia longitudinis locorum corundem elicetur. At quia per restitutionem cursus lune accuratissimam ad Huenensem, seu potius nostrum hunc Hafniensem meridianum longitudine ejus concessa datur: quocirca ea semper presupposita, colligitur è date heic, sed ibi observatae longitudinis differentia, id quod propositum est, loci incogniti, ab hoc cognito, longitudinis per equatoriem differentia; quando tempus quoque loco & observationi facienda competens, satis præcise fuerit cognitum. Ex hujus namque à loco nostro differentia, quam differentia in motu luna proportione per motum hujus diurnum ostendit, longitudinis questæ differentia resultat, quando illa, temporis nimirum, in partes atque minuta æquatoria fuerit resoluta: non secus atque in unius deliquii solis aut luna per varia loca observatione, atque collatione, pro hac re fieri solet. Quod itaque intelligentibus, hoc est, quodammodo in Astronomia versatis nimis est, tyronibus exemplo declarabitur.

Exemplum autem hujus sumatur ad diem 6 mensis Octobr. anni currentis 1617, ubi luna alicubi ad ortum horizontis nostri respectu per observationem distaret ab Aldeboran 10 gradib. quum ibidem juxta nonagesimum gradum versaretur. Tempus autem istud sit h. pomerid. 11. quod per altitudinem alicuius stelle fixe sub data poli elevatione, vel alio modo cognoscitur, juxta ea que in doctrina Sphaerica de temporis investigatione tradidimus, quando luna inibi juxta nonagesimum eclipticæ gradum versabatur, & dicta distantia ejus ab Aldeboran capiebatur. Porro quum longitudine Aldeboran hoc supposito anno sit in 4 gr. 26 min. II. luna autem ad h. 11 suppositæ diei ad nostrum horizontem in 27 gr. 20 min. &c. Quare differentia datur sub hoc Hafniensi meridiano secundum longitudinem h. 11 conveniens 7 gr. 6 min. At eadem hora loco ignote longitudinis, fuit ex observatione 10 gr. 0 min. differentia itaque est 2 gr. 54 min. que juxta motum diurnum lune, nempe 14 gr. 41 min. tempore proportionali mensurat, dat 4 h. 45 min. quo significatur locum istum in quo observatio facta est, meridianorum respectu per totidem horas ac scrupula ab hoc nostro versus ortum esse remotum. Quod ipsum temporis momentum, nempe 4 $\frac{1}{4}$  h. in partes æquatorias resolutum dat 71 $\frac{1}{4}$  gr. Quum autem longitudine urbis Hafniensis fuerit 36 $\frac{2}{3}$  gr. ergo huic adjectis 71 $\frac{1}{4}$  gr. constatur longitudine loci que querebatur 107 $\frac{1}{2}$  gr. Ad hoc autem exemplum alia omnia transigentur, considerato præterea ad quem à nobis cardinalis locus ignotus vergit, cuius rei sive per motum lune diversum, sive alia conjectura facilis est cognitio. Nunc stellas que insigniores juxta eclipticam effulgent, & maxime huic pragmatæ idoneæ sunt, prius è canone suo huc transcribemus, ad finem anni 1620 reductas: deinde instrumenti fabricam ostendemus, quo cum distantia lune commodissime à dictis fixis haberi possunt, ac demum qua ratione eadem capientur, ut solas longitudinum differentias per eclipticam juxta premissam hypothesin representent.


Designatio quindecim insigniorum juxta eclipticam stellarum secundum longum & latum ad annum 1620 completum, à quibus Luna in sua revolutione commodissime pro longitudinibus locorum terrestrium cognoscendis mensurabitur.

Num.	NOMINA STELLARVM	Longitude			Latitudo G. M.	Mag.
		S.	G.	M.		
1	Lucida Arietis	♈	2	22	9 57 Bor.	3
2	Aldeboran	♉	4	29	5 31 Auf.	1
3	Inferior cornu ♈	♊	19	28	2 14 Auf.	3
4	Propus ♉	♊	25	38	0 13 Auf.	3
5	Caput inferior ♉	♋	18	0	6 38 Bor.	2
6	Astellus ♋ australis	♌	3	24	0 4 Auf.	4
7	Cor ♌	♌	24	33	0 26 Bor.	1
8	Prima australis alæ ♍	♍	21	48	0 43 Bor.	3
9	Spica ♍	♎	18	32	1 59 Auf.	1
10	Meridional. lanx ♎	♏	9	47	0 26 Bor.	2
11	Septent. clara frontis ♏	♏	27	52	1 5 Bor.	2
12	Trium præcedens in capite ♐	♑	8	13	1 45 Bor.	4
13	Inferior cornu ♑	♑	28	47	4 41 Bor.	3
14	Sequens cauda ♑	♒	18	16	2 29 Auf.	3
15	Succedens in effusione aquæ ♓	♓	6	20	0 20 Auf.	4

Hæc stellas fixas ideo hic è Canone suo seorsim transcribendas putavi, ut in conspectu esse possent, si quando ab hisce Luna distantia Zodiacales capiente forent. Nunc instrumentum descripturi sumus, cuius adminiculo hujusmodi distantia, quando videlicet Luna juxta nonagesimum eclipticæ gradum commoratur, potissimum ex antlandæ veniunt. Delectu autem inter varia genera, quæ excogitari poterunt, habito, radium istum per vulgatum, quod Baculum Iacobi nautæ vocant, quoque altitudinem poli in vasto pelago rimari solent, maxime huic pragmatiæ accommodatum esse video. Quamquam autem usum ipsius radii antea repudiaverimus, quando de instrumentorum sufficientia atque certitudine data occasione traximus: tamen quia minor aberratio radii in talibus distantias minoribus, quibus mensurandis solum transversarium ejus sufficit esse, nec aliud a nautis in turbido ac fluente Oceano æque commode fortassis adhiberi poterit; proinde radius hujusmodi preparetur, cuius usus preterea nautis esse queat, & cuius transversarium in subseqwidupla quasi ratione cum indice seu baculo fuerit, ut hoc in radium seu sinum totum datum, solum transversarium ultra 22 gr. capiat, supra quam mensuram nec opus est alia in hujusmodi distantias, & ideo neque transversarium a fixo in radio, loco heic transmutare, aut oculo proprius admovere. In tali autem proportione sufficit radii longitudinem 5 ped. & transversarii 2 ped. parari. Sed radii structuram quia in doctrina sphærica præmisisti, idcirco eum heic non repeto, saltim quod complementum hujus particularis attinet breviter attinbam.

Quandoquidem sola distantia Lunæ a fixa per signiferum habenda est, ad dispositionem idcirco transversarii eclipticæ uniformem requiritur, ut per latitudinem fixæ pariter atque Luna ea fiat, duo itaque transversales cursores transversario hujus instrumenti ad angulos rectos adjungendi sunt; alter cum sua dioptra, per quem stelle latitudo simul capiatur; alter quo Luna indicabitur, sine pennicidio esse potest, idque ex hypothesi, siquidem hic directe

in horizontem loci cadat, dum punctum gradus nonagesimi, in quo Luna versabitur, rite monstrabit, sive cornua in fronte Luna, ut centrum ejus habeatur, sive limbum Soli proximum, ut nihilominus per prosthapheresin semidiametri Luna 16 min. ut plurimum, distantiæ applicandorum centri locus oboriatur, transversalis perstringat. Longitudo autem hujusmodi cursorum longitudini dimidiis transversarii utrinque pene æquabitur, dum gradus & minutæ latitudinis stellæ supra infraque rimanda fuerint. His paucis pro explicatione hujus rei contentii erimus, & quod restat exemplum superius usurpatum, typice saltim, quemadmodum per radium hujusmodi esset exantatum, representabimus.



Finis libri primi Theoricorum.

LIBER

# LIBER SECUNDVS THEORICORVM,

De motibus reliquorum quinque plane-  
tarum restitutis.

## C A P V T   I.

*De appellationibus quinque minorum planetarum, ὑποτυπώσεων in motibus horum disquisitione; & quo modo, quibusve observationibus restitutio, ipsorum à nobis suscipienda & pertractanda est.*

**S**uperiore libro Theoricorum, quem in ὑποτυπώσεως mundanæ triplicis recessu, hypothesibus planetarum generaliter adumbratis, motibus præterea stellarum fixarum, item Solis & Lunæ, restitutis & omni seculo accommodatis, consumsimus, non solum fundamentum Astronomiae redintegranda jecimus; sed una etiam potiorem ejus partem divino auxilio freti absolvimus. Nunc eodem numine coelesti labori nostro propitio, motus quinque errantium stellarum pari conatu, & quoad à nobis fieri potest, restituendos aggredimur. Quoniam vero natura & effectus horum quinque planetarum, ut & Solis atque Lunæ, ad tractationem physiologicam pertinet; ideo non nisi de nominibus ipsorum, prout ab antiquis Chaldaicis, Græcis, & Platone appellati sunt, hoc loco ut referamus, discriminis fortasse causa necesse fuerit, antequam ad motus eorumdem, quorum doctrina Astronomiae propria est, accedamus.

Vocatur autem Saturnus Hebraice Schabthai; saturatio five quies; Græce Σάρων, sed à Platone Φαίνων seu apparenſ. Neque enim tamdiu propter motum omnium tardissimum, ut cæteri, sub radiis Solis latet.

Porro Iupiter Hebraice dicitur Tzedek, hoc est justitia; quod justitiae dominari creditur; Græce Ζεύς; apud Platonem Φαέθων à splendore.

Mars Hebraice dicitur Maadim, hoc est rubor instar sanguinis, tam ab apparetia sua, quam ab effectu; Græcis & Ptolemaeo vocatur Ἀρης, Platoni πυρός ab igne.

Venus ab Hebræis Nogah appellatur, hoc est lux: Platoni φῶσφος, stella matutina; & ἔσπερος, vespertina; sed Ptolemaeo & Poetis Ἄφροδιτη à spuma maris & feminis.

Mercurius denique Hebræis Choteb vocatur, hoc est scriba, quia scribis, literatis ac ingeniosis præesse creditur: Græce Ἐρυῆς quasi interpres, item Στίλεων à micante vibranteque lumine. Sed de appellationibus hisce satis.

Porro in hypotheseon constitutione, super quibus φαινόμενα horum planetarum salvari conveniet, quamvis locus monet ut à triplici earundem varietate, primo libro proposita, & generali delineatione exposita, naturæ & veritati maxime consentaneam eligamus; tamen consilium nostrum ab initio (quod etiam Tychonis fuit) fequi malumus, & horum motus plane eosdem omnium trium celeberrimorum artificum inventis applicare; ita quidem ut superiorum restitutio, non minus quam Lunæ, vero motui Solis ubique adaptetur, & sic prius seorsim quoad longitudinem latitudinemque perficiatur: inferiorum quoque ab iis quæ observationes inter se collatae concluserint, aestimatio ac judicium suo loco fiat; quemadmodum scilicet soli isti medio motui Solis in suis obtemperent. Ante omnia enim id ab Astronomo agendum censemus, ut φαινόμενa coelestia,

Iestia, quam rectissime & compendiosissime per convenientes & Geometricis principiis constructas hypotheses quovis tempore representari & excusari queant.

Observationes ad hanc rem possidemus, partim ex resolutione synopseos restitutionis illius resultantes, quam olim Vraniburgi laboriose in hisce ad medium cursum solis sub tyrocinio Tychoniano perficere conati sumus; veterum tum vestigiis, ante ultimam lunarem restitutionem, quae in Bohemia facta est, infinitentes; partim postea propria industria in hoc celeberrimo Danorum portu & regia academia acquisitas, & fideli triangulorum supputatione similiter in longum latumque discretas. In his autem omnibus præmonendum duco, nos extremam illam & nimium in secundis minutis curiosam præcognitionem, quam etiam observationes respidunt, minime, nisi ubi opus fuerit, urgere; aut æquatiunculam temporis prædemonstratam adhibere, ut nec eam, quæ reductione locorum ab ecliptica ad proprios orbes in his planetis proveniat, quum nec magni momenti sit, & non nisi operose admodum restitutioni applicari possit, quæ causa fuit, cur veteres hanc quoque neglexerint.

## C A P V T II.

*De restitutione prime inæqualitatis Saturni secundum longitudinem nostro seculo congrua.*

Lib. 1. cap. 2.  
Theor. **P**Ræter simplicem trium superiorum planetarum in orbibus suis revolutionem, quæ identidem centra horum respicit, duplum eorundem anomaliam generaliter libro superiore ostendimus; priorem essentialē, quippe centris orbium annexam: alteram accidentariam, à solis scilicet cursu atque configuratione cum situ planetæ supervenientem, quæ ambæ ut lunaribus, sic quoque trium horum planetarum motibus, modo licet diverso, adhærent. Cæterum quandoquidem è mediis seu simplicibus motibus, veri per certas hypotheses aut tabulas inde exstructas indagantur, & tamen à veris motibus horum constituentium ratio dependet, qui & ipsi certis *Φαινομένων* coelestium observationibus in sensum atque cognitionem deveniunt; proinde hi in illos retexendi sunt, qui perpetuis hypothesison legibus postea subjicientur.

Quoniam vero tres superiores, Saturnus, Iupiter, & Mars, de quibus priori loco ordine agimus, in extremis suis nocturnis fulsionibus, quibus tellure exquisite interposita soli potissimum, secundum verum ipsius cursum (ut nunc rectius percipiuntur) opponuntur, sicque in medio suarum regressionum versantur, sola essentiali anomalia sunt conspicui, & ideo alterius accidentariæ seu solaris plane expertes, de acronychiis itaque horum sitibus rite ex observationibus deducendis, & secundum medios motus eorundem atque eccentricitates potissimum hinc inde corrigendis prior in singulis nostra cura erit. Ad quod quidem molim tabulas Prutenicas accommodatissimas esse arbitrati sumus, quippe geometricæ ex fundamento Copernicæ præcise olim à clarissimo viro Erafimo Reinholdo denuo ad calculum revocatas atque perfectas. Cum his itaque dum observationum collatio reiteratis vicibus fideliter à nobis instituatur, & omnia satis diligenter currentur, tum quæ ad fixarum apparentiam, unde planetarum loca deprehenduntur, tum solis cursum à D. Tychone ad proxima secula, sed à nobis superiore libro in perpetuum restitutum spectant, invenimus dictas tabulas Prutenicas in acronychiis atque prima anomalia Saturni ad annū Salvatoris nostri c i c i c completum, veluti medium restitutionis nostræ seculum ita in sequentibus motibus & anomaliis esse corrigendas, quando etiam reductio istarum ad meridianum nostrum omittitur; quod scilicet à longitudine media

subtra-

subtrahantur 20 mi. ab apogæo 3 integri gradus; sed προσθαῦμεν eccentrici ubique quinquagesima pars addatur, retenta heic eadem semidiametri æquantis mensura, quæ ipsi è tertia totius eccentricitatis parte juxta Ptolemæum atque Copernicum tribuitur.

Hac tabularum dictarum restitutione facta, proveniunt loca acronychia Saturni ex supputatione deducta, & ad integrum revolutionem fideris hujus in eccentrico cum observatis extensa, ad eum modum, quo in synopsi sequenti apparent; in quam temporum motuumque requisita, quæ ab aliis fuse explicari solent, compendii gratia contraximus.

Synopsis quindecim locorum Saturni, tam ex observatione in oppositione cum vero motu Solis, quam supputatione ad eadem momenta, præmissa tabularum emendatione provenientium.

Numer.	Ann.	Mens.	D.	H.M.	Long. obs.		Longit. med.		Anom. eccē.		Præc. æq.		Long. sup.		Diffe.
					S.	G. M.	S.	G. M.	S.	G. M.	S.	G. M.	S.	G. M.	
I	1582	Aug.	21	20	X	7 26	10	9 23 40	2 17 34	4 27 58 50	X	7 22 2	3 2	—	
II	1583	Sept.	3	10	X	19 50	10	28 26 21	3 0 17 15	27 59 46	X	19 48 2	1 2	—	
III	1584	Sept.	15	6 2	V	2 34	11	11 7 41	3 12 57 58	28 0 40	V	2 35 2	1 2	+	
IV	1585	Sept.	28	19 2	V	15 39 2	11	23 45 38	3 25 35 10	28 1 34	V	15 39 2	0 2	—	
V	1586	Oct.	12	11 0	V	29 2	0	6 25 47 4	8 14 47 28	2 27	V	29 4 0	2	+	
VI	1587	Oct.	26	9 0	V	12 46	0	19 6 29 4	20 44 51 28	3 20	V	12 46 0	0	—	
VII	1588	Nov.	8	10 2	V	26 44	1	1 47 28 5	3 35 11 28	4 14	V	26 44 2	2 2	+	
VIII	1589	Nov.	22	14 2	II	10 53	1	14 28 50 5	16 15 55 28	5 8	II	10 53 2	3 2	+	
IX	1590	Dec.	6	20 2	II	25 10	1	27 10 14 5	28 56 30 28	6 20	II	25 8 2	1 2	—	
X	1591	Dec.	21	1 0	II	9 24 2	2	9 51 20 6	11 37 3 28	6 58 20	II	9 23 0	1 2	—	
XI	1595	Ian.	30	21 0	Ω	21 15 2	3	17 53 36 7	19 37 30 28	9 40	Ω	21 18 2	2 2	+	
XII	1608	Iuli.	9	3 0	Ω	26 53	9	2 7 21 1	3 43 2 28 21 40	Ω 26 57 2	Ω	26 57 2 4 2	+	+	
XIII	1609	Iuli.	21	13 0	Ω	8 31	9	14 45 2 1	16 20 55 28 22 33	Ω 8 31 2	Ω	8 31 2 4 2	+	+	
XIV	1610	Aug.	2	22 2	Ω	20 10	9	27 22 37 1	28 51 57 28 23 30	Ω 20 14 2	Ω	20 14 2 4 2	+	+	
XV	1611	Aug.	15	16 0	X	2 12	10	10 1 0 2	11 35 38 28 24 30	X 2 13 2	X	2 13 2 1 2	+	+	


Ex tali collatione quandoquidem liquet supputata Saturni loca ab observatis nusquam distare, differentia ultro citroque ad 5 min. exsurgente; proinde restitutioni prioris anomaliæ Saturni in hisce ad nostrum seculum hac ratione atque industria nostra ita satisfactum esse spero, ut vix alicujus momenti futurum arbitrer, eandem majoris præcisionis gratia replicare velle, aut etiam alia via, nempe ex triangulorum supputatione, ad majorem heic aut in sequentibus pervenire. Siquidem longe specialior, & ideo quoque incertior est hæc per trium locorum observatorum suppositionem, juxta veteres, *περιγραφα*, & labyrintho atque ambage quamplurima, ob æquantis insinuationem, involuta. Nunc antequam ad secundæ inæqualitatis Saturni censuram ex observationibus similiæ æstimandam pervenimus, restitutio præmissa prioris triplici præmissæ hypothesis demandanda est; sed ita quidem ut & vetus Ptolemaica Geometriæ circa æquantem; & Copernici reliqua eccentricitas ad binos in orbis circumferentia circelloſ juxta Tychonis restitutionem conformentur, veluti in libro priore ostendimus. Sic enim phænomena in omnibus ternis suppositionibus & planetis his superioribus sibi in supputatione ac tabulis ad amissim convenient.

*Vide prefationem in libros Theoricorum ad lectorum.*

*Lib. I. cap. 2.*

*Hypothesis*

*Hypothesis Ptolemaica in Saturno reformata ac emendata, super qua forma motus reliquorum superiorum explicari potest.*



Sit A terra : B C P orbis, super quo simplex Saturni revolutio per totum zodiacum explicatur. rursus centro C describatur major epicyclus E D, cuius semidiameter C D juxta præmissam restitutionem nostram colligitur 8721 part. qualium semidiameter orbis A B seu A C est 100000, denique centro D minor epicyclus seu æquans circinetur F H, cuius quoque semidiameter D H, quæ tercia pars est C H, ex eadem nostra emendatione fit 2907 part.

Revolutionum autem

*Vide cap. 2.  
lib. 1. sub fin.*

horum circulorum analogia hæc est, ut arcus E D, arcui B C sub eodem tempore sit commensurabilis: unde fit, quod quum C fuerit in B, erit D in E; sed æquans F H ad eundem epicyclum primum E D quia duplē revolutionis mensuram servat, idcirco quando C fuerit in B, erit heic H in E F D H angulo semper duplo angulo B A C, seu D C E per omnia, ut libro priore est expositum. super hisce autem circellis atque epicyclis et si prior Saturni ac superiorum planetarum anomalia explicari possit; tamen ut situs acronychius planetæ simul in hac forma Ptolemaica ostendi queat, adjiciatur epicyclus annuus Ptolemaicus I K M L super centro H descriptus, eritque in M planeta soli semper secundum verum hujus motum oppositus: hujus semidiameter H M postea quoque ex observationibus nostris emendabitur, & omnia quæ ad verum locum Saturni quovis tempore rimandum pertinere possunt explicabuntur. sufficit hac vice docere quemadmodum anomaliæ prioris prosthaphæresin, quæ planetæ in opposito solis contingit, per triangulorum supputationem ex præmissa suppositione acquiramus.


Itaque in triangulo plano C D H, quoniam semper duo hæc latera, nempe C D & D H, ex præmissis dantur, quorum illud fuit 8721, hoc vero 2907: una cum angulo comprehenso C D H, qui ex hypothesi semper est duplus anguli B A C, seu E C D; ergo ex his primum datur angulus D C H, qui hoc loco addatur angulo E C D una cum latere C H. deinde in trigono A C H quoniam similiter dantur duo latera cum angulo comprehenso, nempe A C 100000, qui orbis planetæ radius est; item C H latus recens inventum cum angulo incluso A C H, qui est complementum anguli E C H ad semicirculum; ergo hic quoque per analysin præsentis triang. A C H investigatur angulus integræ prosthaphæreos primæ inæqualitatis, C A H auferendus hoc loco è medio motu Saturni in C, ut verus in H seu M habeatur. linea enim A I

ab A


ab A terra in H excurrentis planetam in infima parte epicycli anni in M constitutum una perstringit. Cum hoc autem prosthaphæreos angulo solet & latus A H acquiri, cuius usus postea erit circa prosthaphæresin anni orbis semper extra situm acronychium simul indagandi. Atque hæc Ptolemaica suppositio est sibi in omnibus tribus superioribus planetis persimilis; nisi quod semidiametrorum in epicyclis singulis variatio accedit. Nunc recentiorum, & prius Copernici hypothesin cum hac Ptolemaica in simili situ conferemus.

*Hypothesis ejusdem situs Saturni & reliquorum superiorum  
in forma Copernicæ.*

A sole à centro universi juxta Copernicum describatur orbis primariæ revolutionis Saturni & trium superiorum planetarum B C, positoque centro in C delineetur prior epicyclus E D & demum posterior e D nempe F H ubi planeta in H circumferri intelligitur motu contrario E D, ut superius expositum est. denique ex eodem A seu sole circinetur annus orbis terræ, I K M L quando autem terra fuerit in M exacte interposta inter H locum planetæ & solis apparentem locum in A, provenit prosthaphæresis primæ inæqualitatis per triangulorum supputationem ab iisdem plane διδομένοις (posito scilicet sole loco terræ) quæ supra in Ptolemaica forma sunt demonstrata; nec amplius secunda anomalia quicquam accedit, nisi ubi terra M in aliud locum per orbem suum annum nominatum migraverit. & quum semidiameter orbis anni hic A M æqualis fuerit semidiametro epicycli superioris Ptolemaici H M, apparentiæ respectu eadem phænomena hic per omnia eliciuntur. cæterum data distantia solis à terra A M, in certa mensura; in eadem quoque haberi potest A C distantia orbis Saturni à sole &c. quod per priorem Ptolemaicam investigare denegatum est.



*Hypothesis ejusdem Saturni &c. in forma Tychonica,  
& situ acronychio.*



A centro veri loci solis describatur orbis Saturni &c. ut prius, B C. deinde fiant epicycli ex C & D, elicaturq; angulus C A H prosthaphæreos integræ primæ inæqualitatis Saturni &c. per omnia ut superius.

Postea in linea recta A H super centro M & radio M A circinetur orbis solis A L, in quo quidem centrum orbis planetæ A deferri intelligitur similiter in signorum consequentia. quapropter cum M terra directe fuerit interposita inter A solem secundum

verum motum, ac H planetam, ut hoc in loco, tota secunda anomalia plane exhaustur; quod visus noster ex M tellure coincidat cum linea deducta ab A, & in H planetæ situm in epicyclo secundo extensa. in cæteris vero locis, extra acronychia, easdem, quas Ptolemaica ac Copernicæ, anomalias ex anno orbe ubique planeta exhibet, ut quoque infra ulterius monstrabitur.

Cap. 9. lib.  
hujus.

Lib. 1. Theor.  
c. 1. si b finem.

Hæc vero suppositio Tychonica quamvis plane Copernicæ inversio est; tamen epicyclos quoque in hisce tribus planetis ad modum Ptolemaicæ, data solis, velut centri orbium eorundem, revolutione, insinuat, latiores quo minores distantiae orbium a sole aut terra fuerint, ac vice versa; quemadmodum id superiore libro suo loco innuimus. Atque hactenus de priore in æqualitate Saturni &c. sequitur altera.

### CAPVT III.

#### D E

##### *Secundæ seu annuæ inæqualitatis in Saturno restitutione.*

QVandoquidem secundæ inæqualitati, cui hi tres superiores planetæ, ob annum conversionem solis (five terræ apud Copernicum) obnoxii sunt, hypotheses superiore capite una præparavimus, occasione in vetere suppositione nobis relicta; idcirco nunc duntaxat restare videtur, ut epicycli ejusmodi mensuram, quo hanc annuam, inæqualitatem excusari diximus, præsenti capite similiter ex observationibus aliquot Saturni indagemus; postquam semidiametri circellarum in hoc eodem planeta, per acronychiorum trutinam, numeris suis superius

perius sint expositæ. Quum igitur ob hanc causam ad calculum triangulorum Theoria integra Saturni revocetur, cuius similitudo nusquam in sequentibus duobus deseritur; proinde si ejus applicationem atque transactionem, quæ hanc artem regit ac perficit, astrophili iusta cura semel attenderint, reliqua sequentia illis omnia faciliora promitto futura.


Anno Christi Salvatoris nostri 1590, Februarii d. 8.h. 8 vespertina, inventa nobis est ex observatione in Huena longitudo Saturni in 7 gr. 32 m. II prope maximum digressionem annuam in signorum antecedentia. Etenim rursus quadriga postea, nempe d. 12 Februarii, circa eandem horam 8 observatus est in 7 gr. 38 $\frac{1}{2}$  min. II cum latitudine meridionali 1 gr. 30 min.


Fuit autem sol d. 8 Febr. h. 8 vero suo motu ab æquinoctio vero in 0 gr. 0 mi. 40 sec. X; sed Saturni longitudo media ex superioribus emendata similiter ab æquinoctio vero erat 2 fig. 15 gr. 10 min. 5 sec. quin & ejusdem Saturni anomalia eccentrici seu simplex distantia ab apogeo una ex acronychia emendatione ad hoc tempus datur 5 fig. 18 gr. 51 min. 40 sec. Dispositio autem horum motuum per Ptolemaicam præmissam Saturni theoriam hæc est.

*Theoria Saturni utramque ejus inæqualitatem e superioribus datis ostendens in forma Ptolemaica.*

Primo pro ratione data anomaliæ eccentrici removetur C à B per orbem revolutionis Saturni in consequentia signorum, describiturque ut prius, super C epicyclus primus E D æquali mensurationis arcu in antecedentia cum B C in consequentia signorum. hinc e centro D secundus epicyclus F G H adjiciatur, cuius revolutio à F per G in consequentia, ideo hic in H desinit, quod arcum anomaliæ propositæ duplum H motu suo in hoc circello perficiat. denique centro H annuum orbem Saturni in hac Ptolemaica forma anneximus, K M L. & quoniam propositum nobis est semidiametrum hujus orbis anni H L In Saturno inquirere, id circa eundem in hac forma adhibitis observationibus coelestibus præstabimus, reliquas sequentibus ordine majoris cognitionis ac delectationis gratia accommodatur; quandoquidem nulla plane in triplici illa suppositione differentia interveniat.

Primo itaque in triangulo C D H quoniam ad præscriptum dantur latera, nempe C D, 8721, item D H 2907 una cum angulo C D H qui hic est complementum duplicitis anomaliæ Saturni datae ad integrum circulum, ut puta 22 gr. 16 min. 40 sec. Invenitur ergo tam angulus D C H 10 gr. 22 min. 24 sec. quam latus C H 6120 part. Cæterū






subducto angulo invento DCH ab anomalia simplici, relinquuntur signa 5, 8 gr. 29 minut. 16 sec. cuius complementum ad semicirculum, nempe 21 gr. 30 min. 44 sec. mensurat angulum ACH. itaque eodem ACH quando indidem duo latare ACH 100000 CH 6120 dantur, cum dicto angulo comprehenso ACH: quæritur similiter angulus integræ primæ prosthaphæreses Saturni CAH, inventiturque ille 1 gr. 21 min. 48 sec. una cum latere AH 94330. p. quia radius orbis AC est 10000: subtracta nunc prosthaphæresi inventa eccentrici à longitudine media Saturni proposita, relinquuntur 2 signa 13 gr. 48 min. 17 sec. hæc longitudi si rursus subducatur à vero loco solis 11 signa 0 gr. 0 min. 40 sec. reliqua sunt 8 signa 16 gr. 12 min. 23 sec. anomalia orbis anni seu arcus KML. sublatis itaque hinc inde 6 signa pro semicirculo KM, restant 2 signa 16 gr. 12 m. 23 sec. hoc est in solutis 76 gr. 12 min. 13 sec. quibus mensuratur angulus AHL.

Postremo itaque in triangulo AHL pro quaesito HL data sunt, primo latus AH 94330; secundo angulus AHL 76 gr. 12 minut. 13 secundum tertio angulus HAL 6 gr. 16 minut. 17 sec. qui resultat per differentiam collationis veri loci Saturni in eccentrico H ab æquinoctio vero, qui fuit 2 signa 13 gr. 48 min. 17 sec. & cælitus observati 2 signa 7 grad. 32 minut. 0 sec. Præmissis igitur & hic sufficientibus διδομένοις, prodit per analysin trianguli dicti AHL, quod quaesivisse ab initio destinavimus, nempe latus HL 10398 $\frac{1}{2}$  quod mensura semidiametri anni orbis in Saturno est, per omnes tres hypotheses ex observatione nobis oborta: cum qua dum ea quæ ex loco Saturni anno 1591, mens. Mart. & ejus diei 17 hora 7 $\frac{1}{2}$  vespertina in 22 gr. 24 $\frac{1}{2}$  min. II observato similiter provenit, conferatur, exigua certe & pene nulla deprehenditur differentia.

Cæterum ut quoque à parte altera quantitas semidiametri orbis hujus anni comparetur, aliam in Saturno assumpsimus observationem, quæ eodem anno cum priore facta est, ut puta 1590 mensis Septemb. die 7, hora 12 noctis sequentis, ubi Saturnus deprehensus est in 28 gr. 6 min. II (cum latitudine meridionali 1 grad. 11 minut.) circa maximam digressionem ortivam seu stationem priorem; verus namq[ue] solis locus ad hoc tempus fuit in 24 gr. 28 min. 35 sec. n[on]. sed Saturni media longitudo à vero æquinoctio 2 signa 22 grad. 14 minut. 40 sec. cum anomalia eccentrici 5 signa 25 gr. 55 min. 17 sec. his suppositis sequens accommodatur Saturni hypothesis in forma Ptolemaica, ut superius.

Calculo è διδομένοις  
juxta modum superio-  
rem per triangulorum  
doctrinam instituto at-  
que peracto, primo pro-  
venit angulus D C H  
4 gr. 2 min. 16 sec. de-  
inde latus C H 58 $\frac{1}{2}$ :  
tertio angulus prosthaphæreos eccentrici C  
A H o grad. 30 minut.  
3 sec. subtr. quarto de-  
nique latus A H 94 $\frac{1}{2}$ 34;  
qualium radius orbis  
A C est 100000. postea  
subducta longitudine  
vera eccentrici Saturni  
æquinoctii veri respe-  
ctu, nempe 2 fig. 21  
grad. 44 minut. 37 sec.  
à vero loco solis, 5 fig.  
24 gr. 28 min. 35 sec.  
relinquuntur 3 fig. 2 gr.  
44 minut. fere pro ano-

malia orbis anni K H L, cujus complementum ad semicirculum est an-  
gulus A H L: sed & idem verus locus Saturni eccentricus 2 fig. 21 grad.  
44 min. 37 sec. quum ab observato in 28 gr. 6 minut. 0 sec. II auferatur, re-  
manent 6 gr. 21 minut. 23 sec. angulum L A H mensurantia, qui digressio-  
nem Saturni in L, anno scilicet orbe hic in signorum consequentia osten-  
dit. in triangulo itaque A H L datorum angulorum, una cum latere A H  
94 $\frac{1}{2}$ 34 superius acquisito, prodit ex hac parte latus quæsitus H L 10453 $\frac{1}{2}$ .  
sed idem antea à parte occidentali inventum est 1039 $\frac{1}{2}$ . differentia est itaque  
55 part. cujus dimidium 27 $\frac{1}{2}$  quando adjiciatur lateri invento minori, vel à  
majore invento subtrahatur, evadit H L semidiometer orbis anni Saturni  
limitata 10426, qualium radius orbis A C est 100000, & ita quidem limitata,  
ut observationi seu apparentiæ Saturni in coelo unum minutum nondum dece-  
dat. Si autem cum hac inventa diametro adeoque restitutio integra Satur-  
ni ad nostrum seculum alia observata conferantur, vel ea quæ libro I epistola-  
rum Tychonis Brahe p. 56 extant, belle huic nostræ emendationi convenient,  
reinque nos peregisse confirmabunt. neque enim in apparentiam hujus fide-  
ris, quod certo deprehendere adhuc possumus, ullam variationem inæqua-  
lis distantia solis à terra importat. etenim si sic esset, minor solis à tellu-  
re distantia minorem quoque diametrum anni orbis H L ubique relinque-  
ret, & contra. nam licet omnium minimum esse posset, quod eccentrici-  
tas solis propter amplitudinem orbis Saturni ingereret; tamen si quid mo-  
menti ratiocinatio hic ista haberet, sensibilis certe apparentia etiam hinc inde  
evaderet, & ea quidem quæ ultra quintam gradus partem aliquando se ex-  
tenderet.



## CAPVT IV.

DE

*Mediorum motuum Saturni constitutione atque extensione.*

**Q**uandoquidem mediorum motuum constitutio longissimum, quoad fieri potest, temporis intervallum inter observationes coelitus factas requirat, vix hic in aliquo assumpto Ptolemaei posteriori dignum quid praestabimus, licet observata plenae (quod tamen non sit) essent fidei. Cæterum deplorandum est, nec hujus inter primos celeberrimi artificis, nec reliquorum tempore ante Tychonem nostrum, quicquam adeo certum, ut de eo multis modis dubitari non possit, esse relictum. Astrolabio Ptolemaico, quo hos planetas observatos innuit, aberratum esse si dicerem; non forte minori id jure, quam superius in sole & luna ostendi, essem dicturus. At si modum observandi Ptolemaeus indicasset, & sidera fixa sigillatim nominasset, ad quæ pro distantiis facta fuisset ipsi collimatio, jam de locis eorum erroneis corrigendis medicina nobis in restitutione eorundem, per Tychonem Brahe, imo oculos nostros, adeo præparata fuisset, ut ipsius Ptolemaei acronychiis locis examinandis & corrigendis, hanc curam lubens meritoque impendissimus. Quicquid est, apogæa ipsius loca in his planetis supponimus, prius tamen ad verum locum solis in acronychiis sitibus ubique nobis deducenda; deinde retentis epicyclorum semidiometris, quas tempore haud immutari superius in sole docuimus, ad veterum observationes extra acronychias pro longitudinis mediae in singulis emendatione, à quibus quoque olim Ptolemaeus periodicas horum revolutiones deduxit, configiamus. Etenim quo momento planetæ alicujus coitum cum fixo sidere istæ recenseant, ad quod tam locus stellæ, quam universa inæqualitas planetæ ex præcedentibus invenitur, certe ad id quod de simplicis longitudinis hujus emendatione intendimus, certius longe ac securius quam ex Ptolemaicis pervenire dabitur.


De apogæorum autem locorum prorogatione in signorum consequentia, quam primo omnium in singulis è veterum fonte expediemus, prætereundum haud duco, consentientem apud Ptolemæum Alphonsinos & posteros, usque ad N. Copernicum, opinionem fuisse, quod videlicet communis ista esset cum ipsissima æquinoctii præcessione, seu fixarum in consequentia progressu. Motum autem apogæi loci in Saturno quandoquidem ex observatione acronychia Ptolemaei, quæ facta est 20 anno Imperatoris Adriani, Christi vero 136 &c. fuisse constat in 23 grad. Scorpii, à vero æquinoctio, cui vix gradus semiſſis accedit, pro reductione ejusdem in oppositum veri loci solis (quæ accessio hic facile colligitur ex prosthaphæresi solis 21 min. adjectiva, & anticipatione motus Saturni interea: item adjectione quoque 21 min. fere pro inæqualitate præcessionis æquinoctii secundum nostram constitutionem) quare dicto tempore Ptolemaei apogæi situs è medio æquinoctio, à quo nos motuum æqualitatem secundum longitudinem metimur, fuisse colligitur in 23 gr. 50 m. Scorpionis, si alias acronychia Ptolemaei observata recte se habuerint. At nostro seculo, hoc est anno Christi 1600 completo, per acronychiam restauracionem & subductionem inæqualitatis æquinoctii; idem reperitur apogæi in Saturno locus in 26 gr. 27 m. Sagittarii: proinde intervallo 1464 annorum Julianorum promotus est æqualiter apogæus Saturni situs 32 gr. 37 m. quæ quidem differentia quando prius in intervallum annorum à primo mundi bisextili, item nato Christo, & aliqua harum epocha diducta fuerit, deinde productū in differentiam annorum propositi seculi distributum, & aliis sequentibus prius rite per multiplicationem eorundem accommodatum, provenit situs apogæi hujus sideris, primo ad primum bisextilem mundanum 4 fig. 22 gr. 29 m. 20 sec. deinde ad natum mundi

mundi Salvatorem 7 sig. 20 gr. 48 min. 12 sec. Postea ex eadem proportione motus ejusdem conveniens

		Gr.	Mi.	Sec.	Ter.
1000	annis	22	16	45	0
100	est	2	13	40	30
20		0	26	44	6
1		0	1	20	12


Qui quidem motus in futurum usum asservatur.

Porro pro mediae longitudinis restituzione in Saturno resumamus animadversionem ipsius per veteres Assyrios vel Agyptios habitam anno à Nabonassaro 519, mensis Tybi apud Agyptios die 14, hora 6 vespertina. Quod tempus fuit anno ante natum Christum 229: sed post primum mundi bisextilem anno 3736, Martii primo die, hora 4, m. 25 post meridiem, in horizonte nostro Hafnieni. Eo enim vespere observatus est (referente Ptolemæo) Saturni congressus cum stella sequente sub australi humero Virginis, qua duobus digitis ille erat australior. Quapropter, quandoquidem longitudine dictæ stellæ ab æquinoctio verno vero ad hoc tempus ex restituzione nostra inveniatur in 9 gr. 3 m. 12, cum latitudine borea circiter 2 gr. 43 m. erat quoq; longitudine Saturni eodem momento in 9 gr. 3 m. 12, & latitudo 2 gr. 38 m. B. Cæterum verus motus solis è nostra restituzione eodem tempore reperitur in 7 gr. 31 $\frac{1}{2}$  min. X, ab æquinoctio medio, à quo Saturni quoque longitudine simplex utcunque è tabulis Prutenicis datur 5 fig. 2 gr. 24 m. Item apogæus locus Saturni ab eodem æquinoctio ex superioribus correctis 7 fig. 15 gr. 22 min. quo à longitudine rejecto, relinquuntur anomalia eccentrici Saturni 9 fig. 17 grad. 2 min. Quæ quandoquidem mediam eccentrici elongationem non multum scandendo superat; idcirco neque error unius gradus si hic commissus fuisset, minuti sesquitertii in apparentiam Saturni, & longitudinem ejus, quam querimus, induceret. His itaque sic constitutis pro investigatione inæqualitatis Saturni prioris, describatur, ut prius, centro A orbis Saturni B P C. rursus è C primus epicyclus, in cuius circumferentia dato ex hypothesi angulo E C D æquали angulo B A C, ponitur D, ex quo denique circulus æquantis F G H formetur; & quia angulus in eodem F D H duplus esse debet anguli B A C seu D C E, etiam ex hypothesi in hac revolutione, supponitur H centrum anni orbis in forma Ptolemaica per omnia ut superius; sed de eo posterius. nunc autem quia intentio nostra est, prius angulum inæqualitatis prioris C A H venari velle, primo Lib. priore Theor. in comit. de Solis & Luna,



8721: D H 2907 (nempe semidiametri epicyclorum ex observationibus Ty-

Lib. priore  
Theor. in Com-  
ment. de sole  
et luna Oe-



81 grad. 17 minut. 28 sec. pro mensura anguli E C H. proinde hujus complementum ad semicirculum, nempe H C A, est 98 grad. 42 minut. 32 sec. in hoc itaque triangulo H A C quandoquidem data sunt duo latera circa angulum ad C nominatum, nempe H C 11246, & C A radius orbis, utputa 100000, acquiritur, præter latus H A 102261, etiam angulus C A H prosthaphæreos primæ inæqualitatis Saturni 6 grad. 14 minut. 18 sec. qui cum adjiciatur longitudini simplici Saturni æstimatae 5 fig. 2 gra. 24 minut. provenit quidem ipsius eccentrici vera longitudo à medio æquinoctio 5 fig. 8 grad. 38 minut. 18 secun. qua ex loco solis supposito abstracta relinquuntur pro anomalia anni orbis 5 fig. 28 grad. 53 minut. quam quidem ita corrigimus, ut insensibilis error in *διδόμενα* annua inæqualitatis extricandæ irrepat; quia inæqualitas præcessionis æquinoctii hoc seculo juxta nostram constitutionem invenitur 6 minut. 25 secun. subtractiva, ideo his stellæ fixæ loco additis conflatur ipsius longitudo à medio æquinoctio 5 fig. 9 grad. 9 minut. 25 secun. à quibus quando 8 min. circiter subtrahuntur, quod Saturnus ferme acronychius extiterit, colligimus ipsum secundum priorum seu eccentrici inæqualitatem à medio æquinoctio verno elongatum fuisse, 5 fig. 9 gr. 1 min. 25 sec. quibus à solis loco 11 fig. 7 gr. 31 min. 20 sec. subductis, remanet anomalia dicta anni orbis Saturni, quam antea, correctior, 5 fig. 28 gr. 30 min. proxime.

Describatur nunc è H annus orbis Saturni secundum Ptolemæum K L M, & dato planeta in eodem L puncto, manifestum est è dato complemento anomalie ad semicirculum, quod angulus L H M sit 1 gr. 30 min. quo quidem in triangulo L A H dato, una cum duobus lateribus comprehensis A H, antea invento 102261, & H L 10426 semidiametro anni orbis correcta, emergit angulus H A L 10 min. 14 sec. quem antea, quia 8 min. duntaxat supposui, factus est angulus L H A anomalia annua, duobus scilicet minutis iusto diductior, quorum ratio si hic habeatur, ac pro illis adhærentia 14 sec. subtractantur, evadit secunda inæqualitas seu angulus L A H præcise 10 min. quibus conjuncta inæqualitate priore 6 grad. 14 minut. 18 secun. tota Saturni hic à medio motu aggregatur 6 grad. 24<sup>1</sup> minut. proxime, stellæ fixæ loco à medio

chonicis ac nostris superius correctæ, quas hic minime variari rationibus antea suffulsi mus) una cum angulo comprehenso C D H, 45 gra. 56 min. qui se offert, quando anomalia eccentrici B P C 9 fig. 17 gr. 2 min. ab integro circulo subducatur, & quod reliquum fuerit dupletur. inventur itaque primo angulus D C H 8 grad. 19 min. 28 sec. & latus C H 11246, quantum A C est 100000. deinde addatur D C H angulus angulo E C D, & coacervantur

medio æquinoctio superius 5 sig. 9 grad. 9 minut. 25 secun. definito aufrenda, quo facto emergit tandem ab eodem æquinoctio media Saturni longitudo 5 sig. 2 gr. 45 minut. anno scilicet ante natum Salvatorem nostrum 229 Martii d. 1, h. 4, mi. 25 post meridiem; quæ quidem sic inventa & restituta Saturni longitudo, quando ad meridiem Calend. Ianuar. completi anni 3736 à primo, scilicet bisextili mundano per additionem 10 grad. 14 minut. 40 sec. accommodatur, (qui quidem motus longitudinis Saturni intervallo temporis à primo Martii &c. ad finem dicti anni mundani 3736 convenit) erit longitudo simplex Saturni ab æquinoctio medio ad finem anni commemorati 5 sig. 12 grad. 59 minut. 40 sec. At nostro seculo, nempe anno mundi bisextili 5564; Christi vero 1600 completo, eundem longitudinis mediae Saturni motum per nostram emendationem superius factam obtinemus 6 sig. 28 grad. 21 min. 26 sec. etiam ab æquinoctio medio. Intervallo itaque annorum Iulianorum propositorum 1828, seu dierum 667677 respondet longitudinis motus Saturni à medio æquinoctio 1 sig. 15 gr. 21 $\frac{1}{2}$  min. ultra sexaginta duas integras interea revolutiones.

Ex tali proportione temporis motusque Saturni in longitudine concessa, colligitur, rejectis integris circulis, epocha ejusdem, primo ad initium primi bisextili mundani à nobis superius usurpati, & quidem meridiem Calend. Ianuarii sequentem 5 sig. 23 gr. 28 min. 44 sec. sed eadem ad initium anni Salvatoris nostri 2 sig. 12 gr. 32 min. 51 sec. reperitur.

Porro ex hac eadem proportione emergit idem longitudinis motus congruens

		Sig.	Gr.	Mi.	Sec.	Ter.
1000		II	24	52	51	40
100	annis	4	23	29	17	10
20		8	4	41	51	26
Commu. 1		0	12	13	35	24

Quæ omnia, ut & superiora, de apogæi motu extricata canoni mediorum motuum postmodum construendo afferventur. Atque tantum de longitudinis Saturni restitutione.

## C A P V T V.

### D E

#### Restauratione longitudinis acronychie, seu orbis Iovis, nistro aeo conveniente.

Vandoquidem superiore Saturni restitutione, ea etiam quæ communiter motus trium superiorum concernunt, attigimus; trium insuper, quibus indifferenter accommodari possunt, hypothesium descriptione addita; proinde brevitatis excusamur, dum ea duntaxat, quæ restaurationi sequentium inserviunt, afferamus. Quod de Iove in præsentia eo nobis difficilius accedit, quo rariores in eo observationes obtinemus. Restitutione siquidem ejusdem in Huena olim respectu mediæ cursus Solis elaborata, nihil amplius hic quæsivimus, antequam sequentium annorum acronychiis apparitionibus restaurationem penes apogæum atque perigæum difficilem satis nobis ostendisset, longitudine in iisdem pene eccentrici locis paulatim supra priorem emendationem accrescente, quod & nostris hic postmodum habitis observationibus confirmatum est, imo longius educum: adeo ut anomaliam quandam apogæo sideris hujus præter reliquorum consuetudinem (quod Tychoni olim visum est) affingere dubii hæreremus, antequam primam seu eccentrici Iovis inæqualitatem ad verum motum

Solis


solis extendere coepimus, ubi remissior quidem hæc dicta circa apogæum ac perigæum anomalia facta est, adeo ut quamvis plane non tollatur, non tamen tanta videatur, ut Iovialis stellæ hypothesei quicquam ex hac parte à cæteris alienum propterea affluendum existimem; sed potius intra restitutionis mediocritatem persistendum.

Examine autem locorum acronychiorum Iovis, quæ hactenus ex observationibus obtinuimus, ad tabulas Prutenicas diligentissime instituto, sapientiusque, ut in hac restitutionis pragmatia convenit, repetito, comperi longitudini ejus simplici ad hoc nostrum seculum 4 $\frac{1}{2}$  m. apogæo autem 40 min. fore addenda; similiiter quoque in prosthaphæresei eccentrici partem 24 ubique adjiciendam; quo facto proveniunt acronychii situs observati supputatique, cum suis requisitis ac distantiis, ut sequitur.

**Exhibitio octo locorum Iovis, tam ex observatione acronychia in vero oppositu solis, quam calculo ad eadem tempora juxta praemoratam tabularum Prutenicarum correctionem exeuntium.**

	Anni	Mens.	D.	H. M.	Lög.	obs.	Long. Med.	Anomalia.	Præc. æq.	Long. sup.	Differ.
I	1583	Septē.	6 20 10	X	23 33	5 26 52 42	2 47 31	5 27 59 46	23 38 $\frac{2}{3}$	5 $\frac{1}{3}$	+
II	1584	Octob	13 7 20	Y	22 0	0 0 19 12	3 20 57 34	28 0 44	22 0 $\frac{1}{4}$	0 $\frac{1}{4}$	+
III	1591	Aprilis	23 19 0	m	13 10	3 18 21 55	0 38 58 30	28 6 30	13 9 0	1	—
IV	1595	Septē.	12 6 10	X	28 56	5 31 30 55	2 52 11 7	28 10 30	28 54 $\frac{1}{4}$	1 $\frac{1}{4}$	—
V	1596	Octob	18 12 0	Y	5 40	0 4 56 23	3 25 32 23	28 11 25	5 35 0	5	—
VI	1607	Septē.	17 11 10	V	4 10	5 36 8	32 56 32	7 28 20 50	4 8 $\frac{1}{2}$	1 $\frac{1}{2}$	—
VII	1610	Decē.	30 14 40	W	19 36	1 15 51 18	4 36 24 33	28 23 45	19 38 $\frac{1}{2}$	2 $\frac{1}{2}$	+
VIII	1613	Mart.	1 22 0	m	21 45	2 21 41 18	5 42 14 22	28 25 40	21 42 $\frac{3}{4}$	2 $\frac{1}{4}$	—

Atqui hujusmodi diligente restitutione, differentia etiam hic in Iove maxima ultro citroque, inter observationes quas in acronychiis locis obtinuimus, & tabulas correctas, raro 5 min. excedit; neque certe ad majorem præcisionem hic perveniri posse intelliget ille, qui primam cum quarta & ultima consideraverit.



Spero autem, imo certo mihi persuadeo reliqua acronychia Iovis observata, quæ in Tychoiano thesauro adhuc servantur, ita cum restitutione hac fore congrua, ut nusquam major differentia à calculo appareat, quod prior ad medium solis motum peracta testari quodammodo posset, si & illa in lucem foret producenda. Nunc restat ut semidiametros epicyclorum orbis Iovis ad hanc restitutionem proportionemus.

Revocetur huc altera in Saturno suppositio,

tio quam Copernicæam esse innuimus; super qua quoque placet sideris hujus Iovialis phænomena, quæ restant, explicare; quamvis omnibus tribus indifferenter applicari eadem cuiusvis superiorum posse superius innuimus. Quum itaque semidiametri epicyclorum in circumferentia orbis, nempe CD & DH suam mensuram in ea proportione qua AC fuerit 100000 p. ex nostra restitutione capient; quæ prius à Rheinholdo in tabulis suis, quas imitamur super fundamento Copernicæo sunt fundatæ; ita, ut CD ipsi 6870 p. & DH tertia pars prioris, ut puta 2290 censeatur; convenit nunc per appositionem  $13\frac{1}{2}$ , quæ 24 partem prosthaphæreos eccentrici maximæ adæquant in tantum semidiametros dictas supra Copernicæam suppositionem ampliare, ut CD 7155, & DH ejus tertia pars, nempe 2385 evadat. hoc enim augmentum dictam emendationem in triangulorum suppositione quam proxime exprimit, ut postea in tabulæ structura, & mox deinceps ostendemus, quando in acquisitione mensuræ semidiametri orbis IKML querendæ versabimur, quæ quidem cura hanc, quam sic primæ inæqualitatí Iovis emendandæ imposuimus, immediate excipit.

## C A P V T V I.

*De annua inæqualitate, que in Iove apparere; examinanda,  
restituenda.*


Inter observationes, quibus mensuram semidiametri anni orbis Iovis hinc inde exploravimus, binas, ut superius in Saturno, adducimus, ad quarum scilicet normam, hanc, de qua nunc agimus, in Iove inæqualitatem metimur. Hanc autem prior à nobis in Huena facta est, anno Domini 1593, Septembris die 28, h. 8 vesp. quando Iupiter in altitudine quasi 9 grad. distabat ab extrema cauda  $\approx$  33 grad. 59 min. sed à dextro genu Ophiuchi 32 gr. 33 min. declinationem simul obtinens meridianam observatam 23 gr. 7 min. unde per verificata fixarum loca, atque triangulorum sphæricorum ratiocinium, longitudo ejusdem Iovis limitata & à refractione liberata, inventa est 13 grad. 56 min.  $\approx$  cum latitudine vera meridionali 0 gr. 25 min.

Ad hoc autem tempus computata est longitudo media Iovis à vero æquinoctio 10 sig. 0 grad. 20 $\frac{1}{2}$  min. & apogæus locus 6 sig. 7 grad. 32 $\frac{1}{2}$  min. secundum præmissam acronychiam emendationem nostram. Quocirca anomalia quoque eccentrici ex his invenitur 3 sig. 22 grad. 48 $\frac{1}{2}$  min. & prosthaphæresis hujus ex eadem restitutione 5 grad. 6 $\frac{1}{2}$  min. subt. Vnde vera seu coæquata longitudo eccentrici evadit 9 sig. 25 grad. 13 min. 50 sec. sed & solis locus verus eodem tempore nobis erat 6 sig. 15 grad. 17 min. à quo coæquata longitudine eccentrici subducta, remanent 8 sig. 20 grad. 3 min. 10 sec. pro anomalia annua, de qua postea.

Hæc, præsupposita hypothesi Iovis in forma Copernicæa, ut in schemate sequenti applicantur.

A centro solis ac universi secundum Copernicum describatur primo orbis Iovis BC, deinde epicyclis eccentrici ē C & D delineatis, erit in hac revolutione planeta in H. sed latus AH datur 985462, quod in triangulo CAH datorum angulorum, postquam HCD inventus fuerit 10 grad. 55 minut. 50 sec. atque angulo DCE subductus, angulus ACH sit 78 grad 7 min. 40 sec. prosthaphæreos autem CAH sit 5 grad. 6 minut. 40 sec. quare AHC 96 grad. 45 min. 40 sec. evadit; & AC, radius orbis BC, 1000000 censetur.

Porro describatur annuus orbis MLK homocentricus BC, ac locata telure



angulo antea concessum erat 985462: idcirco quoque ex hisce semidiameter annui orbis A M quæsita prodit 192948, qualium A B radius supponitur 1000000.

Altera autem recens admodum observatio facta est à nobis hic Hafniæ in Iove, anno 1616, mensis Martii d. 10, h. 4, mane sub ipsum æquinoctium vernali. Eo tempore per sextantem nostrum distabat Jupiter à corde m 23 grad. 46 minut. sed à lucida Vulturis 39 grad. 44 $\frac{1}{2}$  min. idque in altitudine Iovis circa 10 grad.

Ex hisce autem inventa est vera longitudine Iovis in 27 grad. 41 min. + cum latitudine borea 0 gr. 24 min. refractione & parallaxi utrobique eliminatis.

Huic autem temporis hi motus restituti correspondent.

	Sig.	Gr.	Mi.	Sec.
Longitudo Iovis media à vero æquin.	8	21	52	0
Anomalia Iovis eccentrici	2	13	56	30
Cui respondet prosthaphæresis restituta		5	10	10 Subt.
Ergo vera longitudine eccentrici est	8	16	41	50
Sed vera longitudine solis	0	0	1	15

A qua subtrahita vera longitudine eccentrici Iovis remanet anomalia commutationis annuæ, quemadmodum eandem nos in his planetis usurpamus.

3      13      19      25

His concessis constituantur hypoth. Iovis similiter in forma Copernicæa, (ut in seq. fig.) in qua omnia, ut in præcedente, ordinata sunt, considerata tantum revolutionum præsente varietate. prætermisis enim cæteris tanquam satis superque haec tenus inculcatis, quandoquidem anomalia orbis annui quadrantem aliquantū excedit, locabitur terra in M, ac ab eadem in H conspicitur planeta, nempe per lineam M H. at quoniam scopus noster in inquisitione A M semidiametri orbis annui in Iove hic fixus est, ut cum inventa superiore ab altera parte conferatur; proinde inventus primus angulus D C H 7 gr. 52 min. 0 sec. addatur hic E D anomaliae eccentrici, & in aggregatorum complemento ad semicir-

lure secundum Copernicum per circumferentiam ejus in M, quæratur M A. in triangulo itaque A H M quoniam angulus H A M anomalia anni orbis antea concessus erat 80 grad. 3 minut. 10 sec. sed angulus commutationis A H M reperitur 11 gr. 17 m. 20 sec. subducto loco observato Iovis à vero in eccentrico; datur itaque & angulus A M H 88 grad. 39 mi. 30 sec. & quia latus H A in eodem hoc tri-

semicirculum consistit

angulus ACH 98 gr.

11 min. 38. sec. sed an-

gulus CAH prosthæ-

phæreos est 5 gr. 19

m. 10. sec. ergo AHC

est 76 gr. 38 m. 20 sec.

trianguli itaq; ACH

datorum angulorum

una cum orbis radio

AC 1000000, datur

latus A H 1017321.

His itaque sic ador-

natis & inventis, erit si-

militer triangulum

AHM datorum an-

gulorum, cum latere

AH nuper quoque in-

vento, etenim quan-

do coæquata longitu-

do eccentrici Iovis 8 fig. 16 gr. 41 mi. 50 sec. à vera ipsius observata longitudi-

ne 8. fig. 27 gr. 41 mi. 0 sec. subtræcta fuerit, relinquuntur pro annua commu-

tatione seu angulo AHM 10 gr. 59 min. 10 sec. sed HAM angulus cognoscitur ex complemento LM ad semicirculum, penes quem arcum anomalia

annua determinatur; quam prius posuimus 3 fig. 13 gr. 19 min. 25 sec. proinde

dictus angulus HAM exit 76 gr. 40 min. 35 sec. & ideo per computationem

semidiameter orbis anni AM 194033 quam quæsivimus. at superius eadem

inventa erat 192948. differentia igitur est 1085, cuius dimidium 542 quando

minori applicetur, prodit limitata semidiameter anni orbis Iovis seu mensura

lateris AM 193490. circa quam quoque mensurationem aliæ nostræ observa-

tiones ultra citraque se proxime sicut sunt, quæ ad diem 18 Februari. & 8 Martii

tempore matutino anni hujus à nobis sunt habitæ.

Neque certe video quemadmodum solis dispar à tellure distantia, quæ oppo-

sitis statisque anni temporibus maxima est, analogam inæqualitatem annuo orbi

hujus fideris inferat. nam si vel dimidiæ eccentricitatis solis ratio in eo dunta-

xat hic haberetur, minor appareret maxima commutatio annua, sole in perigæo,

quam apogæo existente, in hac Ioviali stella ferme 5 gr. quod certe observatio-

nibus non congruit. quum enim inter alias illam consulamus, quam anno 1610,

Ianuar. d. 26, vesp. & sequentibus diebus proximis saltim ad visam & filarem

extensionem habuimus, quando Iupiter immobilis seu stationarius in recta ferme

linea medioque propemodum loco inter Aldeboran & boreale cornu Tauri

existiterat; (nisi quod paullulum ad ortum ab eadem linea deflexerat, & vici-


nior aliquanto Aldeboran fuerat) longitudinem planetæ hujus vix ad eam, quam

tabulae Prutenicæ eo tempore exhibent, nempe 10 $\frac{1}{2}$  gr. 11 colligimus, quæ certe

longitudo, etiam circa perigæum solis, semidiameter anni orbis Iovis inven-

ta adhuc aliquanto majorem requirit. sed hucusque de longitudinis hujus fide-

ris restitutione nostro seculo congrua. Sequitur cum antiquis collatio.



## CAPVT VII.

DE

*Restitutione & extensione periodica apogei &  
longitudinis Iovis.*

**Q**uoniam causas superius in Saturno adduximus, cur mediorum motuum correctione in hisce planetis tuto minus à Ptolemæo deducatur, longitudinum præcipue; in præsentiarum itaque pauca quæ rem attingunt de hoc fidere affremus.

Primum pro apogei loci ejusdem correctione apud Ptolemæum ita breviter procedimus.

Ptolemæus primo anno Antonini Pii, id est anno post natum Christum completo 136, punctum apogei seu maximæ elongationis Iovis in eccentrico invenit 5 fig. 11 gr. 0 min. à vero æquinoctio verno remotum, idque per ternos acronychios situs Iovis in oppositum medii cursus solis directos. Quare etiam si eandem mensuram apogei loci necessario retinere cogimur, quod sufficienes veterum observationes desint, per quas ulterius de eodem differere licebit: tamen dum & medium æquinoctium & verum solis motum respiciamus, invenimus 3 gr. circiter eidem addendos fore. Quum enim anomalia solis circa oppositum loci apogei Iovis tempore Ptolemæi inveniatur a medio æquinoctio 9 fig. 1½ gr. & ideo prosthaphæresis solis in loco isto 2 gr. 2½ m. add. sed motus solis ac Iovis diurnus complicatus (*ἐν πλάτει*, nam præcisio hic non requiritur) circa oppositum in ea utriusque revolutione fuit 1 gr. 8 min. Quare secundum prosthaphæresin dictam solis, elicuntur d. 1. h. 19½ quibus Iupiter oppositioni veri loci solis prius quam mediae erat expositus; cui quidem intervallo congruunt de motu ipsius Iovis interea 14½ mi. pro quibus protrahatur apogæus planetæ hujus per 3 integros gradus, accidente simul distantia inter verum mediumque æquinoctium tempore Ptolemæi. Proinde correctus apogæi locus in Iove, anno post Christum completo 136, apud Ptolemæum est 5 fig. 14 gr. 0 min. Neque enim præcisius eum e Ptolemæo eruere sustinemus, aut etiam volumus, si quidem loca fixarum ipsi incerta fuerunt. At nostro seculo, hoc est anno post Christum finito 1600, habemus eundem apogæum motum Iovis superius restitutum à vero æquinoctio, 6 fig. 7 gr. 39½ minut. sed à medio 6 fig. 7 grad. 32 minut. Intervallo itaque 1464 annorum Julianorum locus apogæi Iovis in consequentia signorum promotus est 23 gr. 32 min. quæ quidem proportionaliter per annorum intervalla educta efficiunt per

		Gr.	Mi.	Sec.	Ter.
annos	1000	16	4	28	51
	100	1	36	26	50
	20	0	19	17	23
	1	0	0	57	52

Eadem continuata proportione invenimus epocham motus apogæi in Iove ad initium primi anni bisextilis mundani 3 fig. 8 gr. 5 mi. 38 sec. item ad initium Christi Salvatoris nostri 5 fig. 11 gr. 48 min. 50 sec. quæ omnia tabulis mediorum motuum aff erventur.

Apogæo Iovis restituto ad longitudinem ejusdem pervenimus, quæ quidem majoris pensi est, quippe errori, si quem incluserit, evidentiori temporis successu exposita. Quæ causa est, quare & hic neutiquam intra Ptolemaica observata maneamus, ob commemoratam circa eadem incertitudinem, sed potius restitu-

tionem

tionem hujus ad conjunctionem quandam cum fixa stella trahamus à Timochatide vel alio quodam, annis 400 circiter Ptolemaeo priorem; siquidem locus talis copulae adhuc praeceps in coelo cognosci queat, stellæ loco ad amissim per Tychoianam industriam verificato, ac nostra æquinoctiorum anticipatione in primum statum reposito.


Hujusmodi Iovis coitionem cum australi asino in asterismo cancri factam fuisse Ptolemaeus percenset anno 45 secundum æram Dionysii d. 10 m. Virginionis: sed à morte Alexandri anno 83, epyphi secundum Ægyptios d. 18, mane. Tunc enim stellæ Iovis australis asinum obtexisse scribit. Hoc autem tempore, quando annos Iulianos retro cogitamus, incidit in annum ante natum Christum 241, ac tempus matutinum diei 4 Septemb. apud nos hic quasi horam 4 diei ejusdem ante meridianam completam. Ad quod quidem tempus invenio longitudinem australis, secundum restitutionem nostram, à vero æquinoctio 3 fig. 7 gr. 27 min. cum latitudine austrina 0 gr. 25 m. sed longitudinem à medio æquinoctio 3 fig. 7 gr. 33 min. omnino ut Ptolemaeus eandem (quod rarissimum est) præsupponit. Quare tunc Iovis eundum locum fuisse necesse est. Porro solis locum verum eodem momento reperio, etiam secundum nostram restitutionem, 5 fig. 7 gr. 9  $\frac{1}{2}$  m. a medio æquinoctio. Insuper vero quoniam apogæus locus ejus prius restitutus hucque reductus in 7 gr. 50 min.  $\frac{1}{2}$  incidit, ac longitudo media utrumque e Ptolemaei ratiocinio datur e medio æquinoctio 22 gr. 59 min. II; quapropter illo ab hac ablato, remanet anomalia eccentrici Iovis 9 fig. 15 gr. 3 min. cui respondet prosthaphæresis restituta 5 gr. 12 min. 0 sec. quæ cum addatur media longitudo Iovis, & aggregatum a solis vero loco abstrahatur, relinquitur anomalia annua Iovis 2 fig. 8 gr. 58  $\frac{1}{2}$  minut.

His suppositis designetur hypothesis Iovis in forma Copernicæ, ac prioribus demonstrationibus in eadem conveniens: in qua quandoquidem angulus  $HDC$  datur 149 gr. 54 mi. scilicet e duplicis anomaliæ residuo ad integrum circulum; una cum lateribus eundem angulum comprehendentibus,  $CD$  &  $DH$ , quæ semidiametri sunt epicyclorum superius restitutæ. ergo ex his emergit angulus  $DCH$  7 gr. 23 min. 35 sec. qui quum subtractatur anomaliæ eccentrici remanent 9 fig.

7 gr. 33 min. 25 sec. & propterea angulus  $HCA$  97 grad. 33 minut. 25 sec. sed  $CAH$  angulus prosthaphæreos eccentrici erat 5 gr. 12 min. 0 sec. quapropter angulus  $CHA$ , erit 77 gr. 14 mi. 35 sec. datur quoque in eodem triangulo  $CHA$ , radius  $AC$  1000000, quocirca latus  $AH$  invenitur 1016410.


Ff 2

Porro



Lib. 9. c. 3.

Porro in trigono H A M quandoquidem concessa sunt duo latera, H A 1016410, & A M 193490, è superiore nostra restitutione; cum angulo indidem comprehenso H A M 111 gr. 1 m. 50 sec. scilicet qui in comple-



mento arcus LM ad semicirculum consistit, anomaliam annui orbis mensurantis; proinde ex his ultimo acquiritur angulus commutationis annuae AHM 9 gr. 26 min. 0 sec. quo longitudini eccentrici Iovis coæquatæ, nempe 2 fig. 28 gr. 11 min. adjecto conflatur longitudo Iovis apparens ab æquinoctio medio 7 gr. 37 min. II, sed observata fuit 7 gr. 33 min. II. differentia igitur reperitur hic saltim 4 m. quæ postquam à longitudine media Ptolemaica ablata fuerit, remanet illa correcta ad hoc tempus 2 fig. 22 gr. 55 min. neque hic certe ob tam exiguum differentiam inter medium assumptam ac quæsitam longitudinem Iovis, quæ in anomaliā utramque redundat, quicquid sensibilis erroris longitudini mediæ eruendæ accidit. Quoniam vero pro complemento anni currens à tempore commemorato, quo observatio hæc habita est, addantur 9 gr. 55 m. 30 sec. quæ interea medio motu Jupiter confecisset, conflatur media longitudo ipsius, à medio æquinoctio ad meridiem proxime sequentem calend. Ianuar. anni ante Christum 240 completi 3 fig. 2 gr. 50 $\frac{1}{2}$  min. Sed seculo nostro, seu anno post natum Christum 1600 similiter completo, reperimus eandem longitudinem medium Iovis correctam à medio æquinoctio 5 fig. 10 gr. 30 $\frac{1}{2}$  min. intervallo itaque 1840 annorum Julianorum seu dierum 672060 absolverat Jupiter integras revolutiones 155 & insuper 2 fig. 7 gr. 48 min. ex qua temporis motusque proportione inter se data reperitur epocha longitudinis mediæ Iovis ad initium anni primi bisextilis mundani (integris circulis ubique rejectis) 2 fig. 1 gr. 16 m. 22 sec. item Christi in carne, 5 fig. 29 gr. 56 min. 46 sec. præterea ex eadem proportione convenienter

	Sig.	Gr.	Min.	Sec.	Tert.
annis	1000	4	2	56	5
	100	5	6	17	36
	20	8	7	15	31
Comm. i	i	0	20	31	44

Quæ motui longitudinis per Canonem extendendo serventur.  
Atque hucusque de restauratione longitudinis Iovis.